

**CATALOGUS CONCINNUS
LIBRORUM MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECAE
BATTHYÁNYANAE**

EXARATUS PER
ROBERTUM SZENTIVÁNYI

EDITIO QUARTA RETRACTATA
ADAUCTA ILLUMINATA

**SZEGED
HUNGARIA
1958**



**MUSEUM BATTHYÁNYANUM
ALBAE IN TRANSSILVANIA
FUNDATUM ANNO 1798**

COLLIGANTUR, NE PEREANT

**CATALOGUS CONCINNUS
LIBRORUM MANUSCRIPTORUM BIBLIOTHECAE
BATTHYÁNYANAE**

EXARATUS PER
ROBERTUM SZENTIVÁNYI

EDITIO QUARTA RETRACTATA
ADAUCTA ILLUMINATA

**SZEGED
HUNGARIA
1958**

EDIDERUNT
BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS SZEGEDIENSIS
ET
UNIO UNIVERSITARIA AD INVESTIGANDAM VETEREM
LITTERATURAM HUNGARICAM

CURAM GEREBANT
AURELIUS HENCZ ET VALENTINUS KESERŰ

EXAMINI SUBIECERE

EUGENIUS KOLTAY-KASTNER
DOCTOR SCIENTIARUM
PROFESSOR UNIVERSITATIS

ADALBERTUS KARÁCSONYI
DOCENS UNIVERSITATIS

HRABANUS GERÉZDI
PRAESES SECTIONIS
SCIENTIFICAE

AD INSTAR MANUSCRIPTI

AD LECTOREM

"Inter folia fructus".

Fructus in hocce catalogo editi laboris quidem longaevi sunt, reipublicae vero litterariae procul dubio proficui erunt.

Non insudabunt sane studiosi in detegendo auctore libri, cui titulus "Melibeus", qui in theca Batthyányana hodie lingua Germanica praesto est, Albertano enim causidico Brixienti gloriatur auctore. Sub pseudonimo Anagnostis Transsilvani Rodolphus Bzenszky latitat; sub litteris aenigmatibus S.M.vero Stephanus Málhitz etc.

Quaecunque alchimistarum manuscripta ab antecessoribus raptim notata sunt, elucidantur nunc uberiore codicum descriptione.

Polonia gloriabitur et nomine et opere Stanislai de Isza, astronomi medii sui aevi.

Universitas Vindobonensis gaudebit primum suum rectorem, Henricum de Hassia plurium operum auctorem agnoscere simulque cum illo et Henricum de Oytha et Urbanum Mellicensem inter auctores manuscriptorum inveniri posse.

Sed et aliae nationes cultura pollentes invenient filios suos ingenio praelucentes in "indice auctorum et interpretum".

Cum auctor codices non nativa, sed lingua descripsisset latina, omnibus scientiarum cultoribus facilis ad illos patebit accessus.

Catalogus concinnus librorum manuscriptorum Bibliothecae Batt-
hyányanae anno 1947 in 20, anno 1949 in 25, anno vero 1957 in
paucis solummodo exemplaribus in lucem prodit.

Praesens catalogi editio et materia et indicibus locupletibus
adaucta, in pluribus, quantum fieri potuit, retractata, insuper et
modeste illuminata est.

Catalogus vero nunc "ad instar manuscripti" in lucem prodiet,
cum collatio manuscriptorum non e longinquo, sed in ipsa biblio-
theca facienda esset. Curandum tamen erat, ut studiosi quamprimum
illo frui possent.

Suadente Gabriele Tolnai professore atque membro Academiae
Scientiarum Hungaricae cum Universitate Claudiopolitana tractare
inchoavimus, ut catalogus demum in exequendo pacto culturali
Hungarico-Romanico ab Universitatibus Szegediensi atque Claudi-
politana communi voto typis ederetur.

Editores

ABBREVIATURAE

- B. = Beke: Index manuseriptorum Bibl. Batthyiananae. Károlyfehérvár, 1871.
- Batthyány: Leges = Ignatius Batthyány: Leges ecclesiasticae regni Hungariae et provinciarum adiacentium. T. I. Albae Carolinae, 1785. T. II-III. Claudiopoli, 1827.
- Beck = Beck: Die Geschichtsbücher der Wiedertäufer. Wien, 1883.
- BHL = Bibliotheca Hagiographica Latina². Bruxellis, 1911.
- c. = coriaceus
- chart. = chartaceus
- Cs. = Cseresnyés: Conscriptio Bibliothecae Musei Batthyányani facta annis 1824-26 /signatura/.
- CSEL = Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum. Vindobonae, 1866-
- Hain = Hain: Repertorium bibliographicum. Vol. I-II. Stuttgart, 1826-1838.
- Hradzsky = Hradzsky: A XXIV királyi plébános testvérdülete és a reformáció a Szepességén. Miskolc, 1895.
- Kalaus = Könyvkiállítási emlék. Budapest, 1882.
- Mansi = S. Conciliorum nova et amplissima collectio T. I-XXII. Firenze, 1757-98.
- membr. = membranaceus
- MHH Script. = Monumenta Hungariae Historica. Scriptores.
- mm = millimetrum
- PG = Migne: Patrologiae cursus completus Graecus.
- PL = Migne: Patrologiae cursus completus Latinus.
- R = recens libri signatura.
- Schulte = Schulte: Geschichte der Quellen und der Literatur des canon. Rechts. I-III. Stuttgart, 1876-80.
- Sommervogel: Bibliothèque de la Compagnie de Jésus. Bruxelles - Paris. I-IX². 1890-1900.
- Sprawozdanie = Sprawozdanie z poszukiwan na Węgrzech dokonanych z ramienia Akademii Umiejętności przez Władysława Barana, Jana Dąbrowskiego, Jana Losia, Jana Ptasińskiego i Stan. Zachorowskiego, Kraków, 1919.

Szabó RMK = Szabó: Régi Magyar Könyvtár. Budapest, I. 1879., II.
1885., III. I. 1896, III. 2. 1898.

teg. l. c. o. = tegumen ligneum corio obductum

Var. = Varjú: A gyulafejevári Batthyány-könyvtár. Budapest, 1899.

Vesz. = Veszely: Gyulafejevári füzetek II. Kolozsvár, 1862.

Wiegendrucke = Gesamtkatalog der Wiegendrucke I-VII. Leipzig,
1926-38.

PRAEFATIO

Museum Batthyányanum nomine ornatur Ignatii Batthyány, episcopi quondam Transsylvaniae /1780-98/.

1. Natus est Ignatius Salesius, filius Emerici septemviri e Comitibus Batthyány atque Annae Mariae Comitissae Saurau die 30. Junii A. 1741 in oppido Hungariae Nemetujvár nuncupato¹.

In litteras humaniores Pestini in schola PP. Scholarum Piarum operam impendere coepit. In matricula enim, quae inscribitur: "Series Juventutis Studiosae ab anno 1717 usque ad 1765" haec leguntur: "Anno scholari 1755-56: Pro Poesi. Illmus D. Comes Ignatius a Batthyány Hung. Nemetujvár Castriferrei 15 /annorum/. Anno scholari 1756-57. Pro Rhetorica. Illmus D. Comes Ignatius a Batthyány Hung. Nemetujvár Castriferrei Jaur. 17 /annorum/" Erat primus inter pares².

Studium rhetoricae Ignatius, uti Collegii nobilium alumnaus, Tyrnaviae prosequabatur³.

Cum vero curriculum philosophiae Graecii faceret, conscripsit opusculum: Miscellanea intitulatum /1. Nugae philosophicae. Dialogi Heliodori et Menandri; 2. Geographia mathematica; 3. De usu calicis in Hungaria/, quod tamen nunquam in lucem prodit /n. 121 in hocce catalogo/.

Inscriptus in album clericorum archidioec. Strigoniensis, nondum ventennis assumptus est ad abbatiam S. Georgii in Jaák dieque 5. Novembris A. 1760 possessionem cepit eiusdem. E fructibus modestis abbatiae, qui ei obveniebant, iam inde ab anno 1761 iugiter dona ecclesiae abbatali obtulit⁴.

Perfecto philosophiae curriculo Tyrnaviam est reversus, ut in Universitate tunc florenti theologiae navaret operam. Cum autem primum ageret annum, disputationem de controversiis instituit, Celsissimo Primate Francisco Barkóczy dedicatum.

Litteris commendatitiis eiusdem archiepiscopi munitus die 1. Novembris A. 1763 Urbem appulit atque in numerum adscriptus est alumnorum Collegii Germanici et Hungarici.

In Collegio munere fungebatur bibliothecarii studiisque dans sedulo operam conscribebat opuscula quaedam, typis ne quaquam edita:

Excerpta ex SS. Patribus scriptoribusque ecclesiasticis /n. 177/.

Miscellanea e patribus graecis /n. 193/.

Varia pietatis exercitia /n. 462/.

Theologia miscellanea /n. 527/.

Collectanea e scriptoribus antiquis /n. 529/.

Excerpta ad historiam eccl. pertinentia /n. 573/.

Variae adnotationes historicae,

theologicae, morales, criticae /n. 574/.

Tractatus theologici /n. 650/.

Cum e benigna Clementis XIII. concessione archivaria visitaret Urbis, cognovit Josephum Garampi S. R. E. archivarium perillustrem, qui fontes historiae uberes Ignatio detexit fautorque perbenignus eidem et in posterum remansit.

Jam alumnus libros manuscriptos comparabat, iam tunc ad celebriores patriae viros epistolas mittebat. Viginti quattuor annos vix natus electus est sodalis Academiae Philaethorum, ubi nomen ei impositum est Agamantis Palladii /indefessi Palladis cultoris/.

Die prima Novembris A. 1765 in Capella Pontificia coram Clemente XIII. orationem habuit.

Fatente matricula Collegii "erat egregius alumnus et exemplar alumnorum pietate, studio et profectu in studiis, legum observantia, urbanitate in superiores, comitate in socios, unde omnibus amabilis et ab omnibus magni habitus"⁵. Laudem illam non ex vano prolatam esse, luculenter testatur factum. Accidit enim, ut Ignatius die 3. Februarii A. 1766 in Convictu Nobilium a marchione Caracciolo graviter offenderetur. Socii tunc cuncti ira flagrantem satisfactionem inhiavere. Excusantem tamen semet marchionem Ignatius nequaquam repulit, sed patienter audivit contumeliamque lubens condonavit⁶.

Emenso studiorum curriculo e Collegio discessit die 31. Martii A. 1766 sacerdos virtutibus, clarus atque scientiis librisque onustus.

2. Paulo postquam in patriam reversus erat, e dioecesi Strigoniensi rite dimissus Agriensi incardinatus est, in qua prius canonici, inde ab A. 1773 vero praepositi maioris decorabatur honore.

Praeter negotia officii sedulo incumbere ad colligenda mo-

numeata cultus B. Mariae V. atque documenta historica Hungariae Superioris. Praelegebat illi speculum Caroli Eszterházy episcopi Agriensis, viri et zelo pastoralis et studiis eximii.

Hisce canonicatus sui annis Ignatius bibliothecam suam plusquam 100 augebat libris manuscriptis, quos ex una parte a Samuele Székely de Doba, altera vero, aere parato, in civitatibus Kassa, Lőcse, Szepeshely atque Bártfa comparabat. Nec in vanum tantus manuscriptorum collectus est acervus.

Cum enim Josephus Benczur anonymus dubia movisset adversus authenticam privilegii fundationis abbatiae S. Martini in opere: "Schreiben an einen Freund, darinn einige Zweifel wider die Aechtheit der Stiftungsurkunde, welche der heilige Stefan König von Ungarn dem Benediktinerkloster des heil. Martin 1001. ertheilet haben soll, den Gelehrten zur Prüfung vorgeleget werden" /Wien, 1779/, Ignatius Batthyány sine mora in palaestram prosiliens authenticam privilegii in libello:

Agamantis Palladii Academiae Philaethorum socii responsa ad dubia Anonymi adversus privilegium S. Stephani abbatiae S. Martini de S. Monte Pannoniae anno MI concessum proposita /Agriae, 1779/ evicit.

3. Propugnator iuris antiqui strenuus die 28. Junii 1780 a regina Maria Theresia nominatus est episcopus Transsilvaniae. Paulo post promotionem scripsit Consiliario congratulanti, Lupo Cserey: "Non diffiteor me onus hocce cum tremore suscepisse, spero tamen Deum, a quo dispositio haec emanaverat, vires mihi ad illud sufferendum praestitutum esse"⁷.

Dum vero litteras apostolicas praeconisationis expectavit, dimisit beneficium abbatiale cleroque dioecesis suae donum paravit.

Erat enim illis diebus divulgatum auctoris Matthaei Beuvelet opus: "Conduite pour les principaux exercices qui se font dans les seminaires". /Paris, 1663 et saepius/.

Huius operis interpretationem latinam, iam dudum, ut videtur, paratam pro dono clero obtulit:

Norma cleri quam pro institutione Clericorum S. Nicolai Charodonensis olim Magister Matthaeus Beuvelet gallice edidit, nunc in usum Seminarii Albensis et totius Cleri Transylvaniae latinam reddidit et quorumvis Ecclesiasticorum necessitatibus accommodavit

Ignatius Comes de Batthyán Episcopus Transylvaniae. Agriae.....
MDCCCLXX.

Uti ex titulo amplitudineque elucet libri, non agitur de ver-
bali tantum operis Gallici interpretatione, sed de accommodatione
in bonum cleri, praeprimis Transsylvani.

Interpres sollers opus et operam nequaquam perdidit, cum
paucos post annos coactus sit librum de novo adauctum Viennae A.
1784 iterum edere.

Bulla praeconisationis 1781 demum obtenta consecratus est
episcopus dieque 6. Augusti novus pastor iter ad suum arripuit
gregem. Ecclesiam cathedralem Albensem die 11. ingressus ad popu-
lum clorumque sermonem habuit. quem statim sub titulo imprimi
iussit:

Homilia quam Excellentissimus Illustrissimus ac Reverendissi-
mus Dominus Ignatius e Comitibus de Batthyán episcopus Transilva-
niae ad clerum tam saecularem quam regularem coram frequenti po-
pulo habuit, dum ad ecclesiam suam cathedralem Albo-Carolinensem
primum accessit die 11. Augusti anno 1781. /Cibinii, 1781/.

More vero antistitum sui temporis litteras emisit circulares,
quae inscribuntur:

Edictum episcopale circa regulationem cleri tam saecularis,
quam regularis anno 1781 per totam dioecesim M. Principatus Trans-
sylvaniae vulgatum /Cibinii, 1781/.

Minime contentus autem clerum suum litteris dumtaxat enutri-
re, anno eodem praeter Albense et Claudiopoli seminarium erexit
cleri iunioris, idque sub patrocinio S. Ignatii de Loyola consti-
tutum regulis instruxit salutaribus⁸.

Hisce annis candorem animi pius prodidit antistes in opuscu-
lo:

Sacrae meditationes /n. 440/.

Sollicitus imprimis salutis gregis sui curam ponit in ora-
tionibus precibusque fidelium communibus. Aedificationi publicae
serviturus erat libellus:

Constitutio dioecesana de oratione communi eiusque ordine
per universam dioecesim Transylvaniae observando. Cui adiacent
generales precationum formulae /Claudiopoli, 1784/⁹.

4. Cum decursu mensium notum factum esset studium Antisti-
tis libros manuscriptos colligendi, et fideles et acatholici do-

nis locupletabant bibliothecam episcopi /n. 83, 189, 289/.

Bibliotheca episcopalis Albensis antiquior e collectione libraria enata est antistitum praecedentium. Accessit huic series librorum anabaptistarum de pago Alvincz. Gubernium enim Transsylvaniae anno 1765 mandavit: tollantur libri ab anabaptistis tradanturque episcopo Transsylvaniae. Die 10. Januarii 1765 e libris ablatis 17 traditi sunt episcopo, ceteri vero iuxta tenorem mandati R. Patri Johanni Theofilo Delpini S.J.¹⁰.

Exiguus eo usque sane librorum numerus, grandis tamen in posterum effectus cum collectione auctus esset librorum ipsius Ignatii Batthyány, qui ab adolescentia impensis exuberantibus locupletem librorum congererat thecam.

Cunctis compertum erat scientiae historicae cultoribus in archivis Urbis abundantes scaturire historiae fontes. P. Martinus Caeles SJ. /1641-1709/ iam annis 1697-98 accurrit ad hauriendum tomosque undecim replevit copiis documentorum. Exemplo eiusdem propriae Ignatius experientia stimulatus anno 1784 ineunte Emericum Dániel, bibliothecarium dioecesanum iter Italicum aggredi iussit, ut e fontibus hauriret librosque manuscriptos venales coemeret. Vir omni fiducia dignus cum speciali Pii P. VI. indulto archivia visitabat Urbis utroque progressus Neapoli et Florentiae monumenta investigabat historiae patriae. Duos post annos cum pluribus copiarum tomis iter ingressus est patriam versus fataque itineris Italici trinis Diarii sui tomis memoriae mandavit /n.442, 616/. Documenta antiquitatis a Daniel descripta hucusque nondum plene exhausta eo pretiosiora aestimentur oportet, quod adhuc ante invasionem Napoleonis sint archivis Romanis desumpta.

Interim antistes impiger primum operis sui praeclarissimi protulit tomum:

Leges ecclesiasticae regni Hungariae et provinciarum adiacentium I. /Albae Carolinae, 1785. N. 516/.

Tomus Christophoro card. aep. Migazzi est dedicatus. Documenta in lucem prolata ex illis potissimum codicibus sunt eruta, quos Ignatius Batthyány in Hungaria superiore comparaverat. Digna auctore praefatio Tullium sapit.

Tomus II. et III. anno 1827 Claudiopoli posthumi typis editi sunt.

Anno 1786 Ignatius Batthyány sumptibus non mediocribus ac-

quisivit bibliothecam Christophori card. Migazzi, refertam libris partim e cimeliis Universitatis Vindobonensis, partim e monasteriis Austriae provenientiibus¹¹. Eodem anno propter gesta Josephi II. renuntiavit omnibus numeribus officiisque suis civilibus.

5. Decennio in finem vergente antistes providens, vestigia premens episcopi Agriensis, Caroli Eszterházy, speculam astronomicam exstruendamolvebat animo. Ad finem obtinendum A. 1788 Antonium Mártonfi Vindobonas misit ad pedes celeberrimi Maximiliani Hell SJ., ut scientia imbueretur astronomica.

Dum autem Mártonfi studiis dabat operam, Josephus Garampi nuntius curam gessit, ut codex quidam Capituli Frisingiensis Vindobonas mitteretur ibique describeretur /nunc Clm 6211/.

Copia codicis Albae obtenta Ignatius statim sollerti illam subiecit studio notisque illustratam protulit sub titulo:

Sancti Gerardi Episcopi Chanadiensis scripta et acta hactenus inedita cum serie episcoporum Chanadiensium. Opera et studio Ignatii comitis de Batthyán episcopi Transylvaniae, Albae Carolinae, 1790.

Laborum tamen A. 1790 non opus hoc praeclarum singularis remansit fructus.

Uti ex notis elucet Josephi e Comitibus Kemény, a parte matris nepotis Ignatii episcopi, antistes strenuus eodem anno anonymum edidit libellum:

Verophili sinceri brevis responsio ad succinctam privati veridici deductionem iurium acatholicorum, S. l. 1790. Responsio data est scripto Adam Pogány: Succincta deductio iurium et gravaminum evangelicorum utriusque confessionis in Hungaria auctore privato veridico de anno 1790 mense Junio.

Uti hunc, ita et sequentem libellum radicitus mandata Josephi II. imperatoris in negotio religionis promulgata edi coegere¹². Congruerat enim mandatis imperatoris alterum Adami Pogány opusculum: Examen tum declarationis /utinam/ christianae et patrioticae ad quaestionem: An sit dicta apostasia inter delicta civilia referenda. Tum tentaminis de eadem concinnati. S. l. 1790, cui Batthyány:

Recensio opusculi cui titulus: Declaratio sincera ad quaestionem: an sic dicta apostasia inter delicta civilia referenda? S. l. 1790.

Litterae privatae Ignatii episcopi, hucusque in lucem prolatae, palam faciunt animum solliciti antistitis, qui enixe quidem colebat litteras, officii iurisque sui tamen nequaquam immemor erat¹³.

In gubernio Transsylvaniae iure spoliatus praesidii commissionis litterariae non recusavit opusculum typis mandare:

Praerogativa episcoporum Transsylvaniae in excelso regio gubernio. S. l. 1791.

Haec opuscula typis edi tolerabat quidem censura, quae tamen de violenta morte Georgii Martinuzzi in lucem proferre Batthyány intendebat, ea censor prohibuit.

Cum et in Austria et in Hungaria errores quidam in legislatione occurrerent matrimoniali, circumstantiis impulsus videtur ex italico transferre librum, cui titulus:

Vita Johannis Francisci Régis SJ. /n. 544/.

Illius enim revocat memoriam viri, qui in sanandis matrimoniis tantopere enituit /1597-1640/, exemplar proinde fieri potuit pro clero Transsilvano.

6. Sulcos agri spiritualis non solus tamen imprimebat, sed succurrebat, ut et alii arare queant.

Johannes Molnár SJ. subsidio episcopi Ignatii protulit opus grande: Az anya-szent-egyháznak története I-IV. Nagyszombat, 1769-88. In praefatione legitur elogium munifici Antistitis.

Identidem Andreas Jakab SJ. /1739-97/ ope antistitis sui Ignatii typis mandavit interpretationem operis concionatoris sui temporis, celeberrimi, Johannis Nep. Tschupik SJ. /1729-84/, quod inscribitur "Sämmtliche Kanzelreden". Wien, 1785. Jakab sermones dominicales interpretari inchoavit: "Vasárnapi szent igék, melyeket Tisztelendő Tsupik Nep. János ur mondott. Most pedig méltós szül. gróf Batthyány Ignácz ur... magyarra fordított" I. Kolozsvár, 1790.

7. Cum vero iterum emersisset problema reunionis Transsylvaniae cum Hungaria, proceres M. Principatus ad Ignatium Batthyány contulere officium, ut in Comitibus Regnicolaribus A. 1790 desiderium Transsylvanorum ardens verbis exprimeret atque scriptis /n. 559/. Sciebant enim illum virum esse acri ingenio praeditum, litteris tinctum, uberique pollentem eloquio¹⁴.

8. Dum scriptor indefessus in tomis subsequentibus Legum proferendis laborabat, mente volvebat Academiam quandam eruditorum erigendam, cuius titulus Societas Assiduorum virorum spiritu scilicet eminentium impigrorumque foret. Academiae scopus esset proferendi antiquitates patrias, promulgandique tractatus e scientia matheseos, physicae medicinaeque depromptas, si quid contineant novi¹⁵. En rationem, cur inter manuscripta Musei opera non pauca inveniantur matheseos medicinaeque exeuntis saeculi XVIII...

Societas praemeditata nunquam est quidem instituta, enatum tamen est Museum hucusque nondum penitus exploratum, optima iugiter excitans ingenia.

9. Anno 1794 Ignatius Batthyány, obtentis Ord. SS. Trinitatis suppressi obiectis, impensis nequaquam paucis Speculam Albae erigi curabat astronomicam, sub qua disposuit collocari bibliothecam in-circa 20 000 tomorum.

Theca haec libraria referta erat 696 libris manuscriptis, 550 typographiae incunabulis, centenis libris Hungaricis vetustioribus a modum raris, editionibusque scientiarum principibus. Non erat quidem tumescens librorum massa, sed a spiritu selecta ingenio. Facile haec exsuperat bibliothecas non ignobiles dioeceseum Agriensis Quinqueecclesiensisque¹⁶.

Adiecit huicce collectionem mineralium conchiliorumque, in-super autem et collectionem nummariam a decessoribus iam paratam.

Die vero 31. Julii 1798 Museum cum omnibus suis partibus in-ter vivos Ecclesiae Transsilvaniae dedit donavit contulitque.

Donator providens tenore litterarum fundationalium inter ce-tera disposuit, prout sequitur: "Bibliotheca statutis horis cuiusvis pateat... Ipsum autem institutum astronomicum seu astronomiam cuiusvis absque discrimine religionis discendi copia sit, utque discere possint, director instruat quemvis discendi cupidum"¹⁷...

Repentino demum correptus morbo die 17 Novembris A. 1798 Claudiopoli discessit e vivis vir pro bono patriae generisque hu-mani optime meritus, relinquens posteris Museum summa cura conge-stum flagellum ciliciumque suum...

10. Cum adhuc inter vivos degeret, vidit iam primos Speculae fructus. Typographia episcopalis eo in lucem protulit anno: "Initia Astronomicae Speculae Batthyanianae Albensis in Transilvania cuius I. Originem et adiuncta, II. Apparatum Astronomicum, III

Rectificationem Instrumentorum proposuit Antonius Mártonfi. Al-
bae Carolinae, 1798.

Vestigia Mártonfi usque ad annum 1849 successores terebant
astronomi¹⁸. Tunc autem infortunia belli instrumenta destruxere
maiora. Decursu proinde annorum Specula paulatim desiit operari.
Meteorologicae ad summum fiebant observationes, in quibus Jacobus
Ávéd, director archigymnasii excelluit.

Ceterae tamen partes Musei integrantes remanebant, imo A. 1912
collecti ne artis christianae atque graphicae tesserarum "Ex libris"
dictarum adauctae sunt¹⁹. Accessere quinque documenta cunei-
formia lingua sumerica /2/ et accadica /3/ conscripta.

11. Catalogum primum librorum Musei Batthyányani cunctorum
Andreas Cseresnyés A. 1824-26 diligenti conscribat calamo. Ope-
ra eius fulti catalogum manuscriptorum librorum typis edidere:

Carolus Veszely: Gyulafejérvári füzetek. I. Kolozsvár, 1861.
/N. 1-170/;

Antonius Beke: Index manuscriptorum Bibliothecae Batthyani-
anae dioecesis Transsylvaniensis. Károly-Fehérvár, 1871.

Hisce successit opere eximio

Elemér Varjú: A gyulafejérvári Batthyány-Könyvtár. Budapest,
1899.

Procul a Museo Batthyányano, invisis a 38 annis manu-
scriptis ipsis, recens exarata est descriptio, quam ingenlis peri-
tioribus verbis praeclari Roberti Grosseteste commendat auctor:

"Ita tamen ut, si superfluum inveniatur, caritative tollatur,
ac minus suppleatur, ac devium fraterne corrigatur. Non enim cor-
reptionis aut correccionis stimulum renuo, sed invidie"²⁰.

¹Erdélyi Múzeum II. 1815. Kölesy Vincze Károly-Melzer Jakab:
Nemzeti Plutárkus 4. Pest, 1816. Pag. 111-17. Josephus Kemény: No-
titia historico-diplomatica archivi et literalium capituli Alben-
sis Trans. I-II. Cibinii, 1836. A pesti nevendékpapság magyar is-
kolájának munkálatai 9 /1842/. Veszely: Batthyáni Ignác és az ál-
tala Károly-Fehérvárt alapított intézet. Gyulafejérvári Füzetek I.
Kolozsvár, 1861. Pag. 69-89. Beke: Az Erdély-egyházmegyed papnövel-
de történeti vázolata. Károly-Fehérvár, 1870. Varjú: A gyulafejér-
vári Batthyány-Könyvtár. Budapest, 1899; Idem: Gróf Batthyány Ig-
nác: Magyar Minerva II /1902/ Pag. V-XXXIII. Biró: Gr. Batthyány
Ignác. Erdélyi Múzeum. 46 /1941/ Pag. 7-19; Erdélyi Katholikus ma-

gyarok. Kolozsvár, 1941. Pag. 113-15.

²Relatio urbanissima RP. Provincialis Scholarum Piarum.

³Zelliger: Egyházi írók csarnoka. Nagyszombat, 1893. Pag.33.

⁴Gróf Széchenyi Miklós: A Szent György vértanúról nevezett jaáki apátság története. Budapest, 1901. Pag.48-50. Sörös: Az elenyészett benczés apátságok. Budapest, 1912. Pag. 227.

⁵Veress: A római Collegium Germanicum et Hungaricum magyarországi tanulóinak anyakönyve és iratai. I. Budapest, 1917.

⁶Steinhuber: Geschichte des Kollegium Germanicum et Hungaricum² II. Freiburg, 1906, Pag. 164 sequ.

⁷Biró: Gr.Batthyány Ignác levelei. Erd.Muzeum 46/1941/Pag.300.

⁸Beke: Az Erdély-egyházmegyei papnövelde történeti vázlata. Károly-Fehérvár, 1870.

⁹Biró: Gr.Batthyány Ignác és a közös népima. Hirnök, 1941. Pag. 144-45.

¹⁰Veszely: Erdélyi egyháztörténelmi adatok. I.Kolozsvár,1860. Pag. 250-251; Idem:Az alvinczi plebánia. Magyar Sion 1/1863/ Pag. 432-44. Tóth: Az anabaptisták Erdélyben és Delpini. Kath. Szemle 6/1892/ Pag. 764-97. Wolkan: Die Hutterer. Wien, 1918.Pag. 19-22.

¹¹Kink: Geschichte der kais. Universität zu Wien. I-II. Wien. 1854. Coel. Wolfsgruber: Christoph Anton Kardinal Migazzi. Saalgau, 1890.Pag. 16, 79 n. 2., 84.

¹²Wolfsgruber o. c. Pag. 645-49, 767-70.

¹³Biró: Gr.Batthyány Ignác levelei. Erd. Muzeum 46 /1941/ Pag. 306 n. 16. "minek utána kezemből kivétették az Praesidiumot commissionis litterariae".

¹⁴Adalékok Batthyáni Ignác életrajzához. Gyulafejérvári füzetek. I. Kolozsvárott, 1861. Pag. 73-89.

¹⁵Baráth: A Batthyány Ignác-féle akadémiai tervezetek. Erd. Muzeum 39 /1934/ Pag. 143-48; Perényi: Aranka György magyar nyelv-művelő Társasága. Irodalomtörténet 5 /1916/ Pag. 363-76.

¹⁶Szarvasi Margit: Magánkönyvtáraink a XVIII. században. Budapest, 1939.

¹⁷A Batthyáni-intézet.Gyulafejérvári füzetek.I.1861. Pag.95.

¹⁸Irodalomtört. Közlemények 28 /1918/ Pag. 149.

¹⁹Gyárfás: A gyulafejérvári egyházmegyei muzeumról. Batthyáneum 1 /1911/ Pag. 47-54; 2 /1913/ Pag. 143-44.

²⁰Oxford, Corpus Christi College Ms. 10. Fol. 1^v

I. LIBRI MANUSCRIPTI

1. GRADUALE ABBATIAE OSB. DE KOLOZSMONOSTOR.

Membr., 570x412 mm, fol. 214, col. 1, teg. l. c. o., s. XV. f. Illumin.
Fol. 1^r Inc. deprecationem meam Evocae Jacta cogitatum tuum.
Fol. 214^v Expl. Sacerdotes eius. Introitus.
Sörös: Az elenyészett bencés apátságok. Budapest, 1912.
Pag. 82.

R.I.1.

2. GRADUALE ABBATIAE OSB. DE KOLOZSMONOSTOR.

Membr., 539x383 mm, fol. 106, col. 1, teg. l. c. o., s. XV. f. Illumin.
Fol. 1^r Inc. ribunt a facie tua. Tractus. Ad te levavi oculos
meos /Dom. III. in Quadr./
Fol. 106^v Expl. precedam vos in Galileam. Alléluia. Post dies
/Dom. I. p. Pascha Alleluia/

R.I.2.

3. GRADUALE OM. PROV. BULG. AD XXII MISSAS SOLEMNES.

Chart., 518x384 mm, fol. 98, col. 1, teg. l. c. o., s. XVIII. Illumin.
Fol. 1^r Inc. In festo omnium sanctorum. Introitus. Gaudeamus.
Fol. 91^v Expl. inveni quem diligit anima mea tenui eum nec di-
mittam.

Veszely: Az alvinczi plebánia. Magyar Sion. 1/1863/ Pag.
444-49; 537-44. Ivić: Ansiedlungen der Bulgaren in Ungarn.
Berlin, 1910. Karácsonyi: Szt. Ferenc rendjének története
Magyarországon 1711-ig. II. Budapest, 1924. Pag. 256. Nil-
les: Symbolae II. Oeniponte, 1885. Pag. 1061-63.

Cs.V₅I.1, B.19, R.I.3.

4. PETRUS COMESTOR: HISTORIA SCHOLASTICA.

Membr., 506x343 mm, fol. 172, col. 2, teg. l. c. o., s. XIV.
Fol. 1^r Inc. Considerans hystorie sacre prolixitatem necnon et
difficultatem.
Fol. 10^r Incipit Scolastica hystoria liber Genesis primus. Im-
peratorie maiestatis est in palaciis habere tres mansiones.
Fol. 172^v Expl. Trayano mandante Tyto Crete Crescens in Galla-
tia.

Ed. PL 198, 1053 sequ.

Cs.V₅I.2,R.I.4.

5. FRANCISCUS SCHUSTER-SCHULLER: NATURALIS IMAGO DIVERSORUM CONCHYLIIORUM COLORIBUS AD VIVUM DEPICTORUM

Chart., 458x326 mm, fol. 214, teg. c., s. XVIII.

Cs.L₄I.4,R.I.5.

6. GREGORIUS P. IX: DECRETALIUM LIBRI QUINQUE CUM GLOSSA.

Membr., 450x320 mm, fol. 195, col. 2, teg. l. c. o., a. 1335.

In parte interiore tegumenti xilogramma coloratum S. Mariae Aegypt. /390x270 mm./, in ulteriore xilogramma coloratum Annunt. BMV /300x205 mm./ saec. XV. n.

Ed. Hain 7996. Schulte II. 3-8. Feine: Kirchl. Rechtsgeschichte I³. Weimar, 1955.

Cs.K₅I.6, B. 253, Var. 29, R.I.6.

7. GRADUALE LATINO-BOHEMICUM.

Chart., 450x320 mm, fol. 337, col. 1, teg. l. c. o., s. XVI. i. Illumin.

Fol. 1^r In imo margine stemma: In fundo caeruleo apparent duo cultri sibimet obversantes.

Cs.K₅I.7, Vesz. et B. 21, Var. 285, R.I.7.

8. PETRUS DE UNZOLA: AURORA NOVISSIMA.

Chart., 425x300 mm, fol. 115, col. 2, teg. l. c. o., a. 1380-1401.

Fol. 115^v Expl. Laus tibi sit Christe quoniam liber explicit iste. Expliciunt addiciones domini Petri de Unzola super auroram domini Rolandini que nuncupatur Meridiana.

Infra: Ego Laurencius notarius condam Nicolaij del Kay de seruall hoc opus scripsi ac complevi currente anno Domini M^oCCC^oLXXX^o-CCCC^o primo, indiccione VIII^a die vigesima mensis Julii. Ipsum Christo incepti eodem millesimo superius nominato die octava mensis Januarii.

In prima tegumenti parte: Liber fraternitatis XXIV plebanorum /regalium, cuius bibliotheca asservabatur in Capella S. Georgii in Lócse/.

Ed. Hain 16092

Cs.M₅I.2, B. 606, Hradzsky Pag. 107 n. 4, Var. 112, R.I.8.

9. PRACTICA JURIS CIVILIS.

Chart., 430x280 mm, fol. 117, col. 2, teg. chart., a. 1463.

Fol. 117^v Expl. Et sic est finis anno 1463 et cetera.



In fol. 1^r arma s. XV.: in fundo rubro duo cunei albi in cacumine circulis flavis ornati.

Wiegendrucke VII. 7655.

Cs. M₅ I. 1, B. 427, Var. 217, R. I. 9.

10. PETRUS HISPANUS: THESAURUS PAUPERUM SEU DE MEDENDIS HUMANI CORPORIS MORBIS P. II.

Chart., in fol., fol. 317, col. 2, teg. chart., a. 1474.

Fol. 1^r Inc. Nativitas Domini

Fol. 317^v Explicit thesaurus pauperum anno domini et cetera LXXIIII^o per manus Stephani Mühlbach de Judenburga.

Ed. Hain 8711. Thorndike: A History of magic and experimental science. II. New York, 1923. Pag. 488 sequ.

Cs. M₅ I. 4, B. 603, Var. 250, R. I. 10.

11. JOHANNES CALDERINO /?/: REGULAE JURIS CANONICI SEC. ORDINEM ALPHABETI

Chart., in fol., fol. 323, col. 1, teg. l. c. o. ad modum Leutschoviensem, s. XV.

Fol. /1/ Documentum a Petro Pulkern de Schonenberg Warmiensis dioecesis notario editum.

In priore teguminis parte: Liber fraternitatis XXIIII^{or} plebanorum.

Ed. Wiegendrucke VI. 5904 /?/. Schulte II. Pag. 249. Hunyady: A magyar könyvkötés művészete a mohácsi vészig. Budapest, 1937. Pag. 37.

Cs. M₅ I. 3, Vesz. 141, B. 146, Hradsky Pag. 107 n. 5, Var. 269, R. I. 11.

12. PAULUS BURGENSIS EP.: ADDITIONES AD POSTILLAS NICOLAI LYRANI

Chart., in fol., fol. 322, col. 1, teg. l., a. 1471.

Fol. 322^v Expliciunt addiciones ad postillas magistri Nicolai de Lira super novo testamento edite a reverendo patre domino Paulo magistro in theologia episcopo Burgensi, Finitum anno 1471 etc.

13. MICHAEL OROSZ: INSTITUTIONES JURIS ECCLESIASTICI
Chart., 372x216 mm, fol. 116, col. 1, teg. chart., s. XIX. i.
Fol. 1^r Inc. Societas seu status coetus hominum
Fol. 116^v Expl. dum vetera totum reformant sacratius conspici-
emus mundum.
R. I. 13.
14. SYNOPSIS RERUM SCEPUSIENSIVM SAECULI XVI., QUAS SENIORES FRA-
TERNITATIS XXIV CIVITATVM REGALIVM PAROCHORVM LITTERIS CON-
SIGNABANT.
Chart., in 4^o, fol. 446, col. 1, teg. chart. dur., s. XVIII.
Fol. 1^r Inc. Anno 1309. Thomas archiep. Strigoniensis 40 dies
concessit
Fol. 446^v Expl. unico Martino Sturmio excepto.
Wagner: Analecta Scepusii II. Viennae, 1774. Pag. 189
Batthyány: Leges II. Pag. 504-6. Hradszky Pag. 92-4. Egy-
háztörténelmi emlékek a magyarországi hitújítás korából.
II. Budapest, 1904. Pag. 389-461.
Cs. M₅ II. 34, B. 337, R. I. 14.
15. CONSTITUTIO CRIMINALIS THERESIANA
Chart., 357x235 mm, fol. 158, col. 1, teg. chart., s. XVIII.
Fol. 2^r Inc. Anno 1762. ordinata fuerat a Regia Maestate
Fol. 155^v Expl. contra eum fateor ipeque // tales conjecturas
pro...
Ph. Harras R. v. Harrasovszky: Der Codex Theresianus und
seine Umarbeitungen. I-V. Wien, 1883-86.
Cs. L₅ I. 19, R. I. 15.
16. PAULUS SZAUR: MISCELLANEA.
Chart., 357x215 mm, fol. 136, col. 1, teg. chart., s. XVIII.
Fol. 23^r Inc. Collectanea materiarum orationis sacrae. Christi-
ani nomen frustra sortitur, qui Christum minime imitatur.
Fol. 63^r Litterae apostolicae, quas intuitu abs. gen. in arti-
culo mortis accipiunt episcopi.

Fol.65^r Anno Domini 1788.

Fol.136^v Expl. Die Grösse und Mannigfaltigkeiten in den Reichen der Natur und Sitten nach der Absicht des Schöpfers. In 100 feinen Kupfern vorgestellt gr. 4. Nürnberg, 766 3 fl.

R.I.16.

17. LEGATIO TRANSYLVANA

Chart., 363x221 mm, fol.191, col.1, teg.chart., s.XVII.

Fol.2^r Inc. Auguste Caesar! Nos et nomine Celsissimi principis

Fol.124^v Expl. J.A.Henricus C. de Strattman m/p Ad mandatum Sacrae Caesareae Regiaeque Majestatis proprium Steph. Andreas de Vendenburg m/p

R.I.17.

18. COPIAE DOCUMENTORUM HUNGARICORUM

Chart., 367x227 mm, fol.77, col.1, teg.chart., s.XIX.

Fol.1^r Inc. Többeszöri könyörgéseim óhajtott eredménnyel koronáztattak

Fol.56^v Expl. a Magos Patronátus által vissza fizetessék Ezek a

R.I.18.

19. LECTIONALE DE SANCTIS OP.

Membr., 355x240 mm, fol.217, col.2, teg.l.c.o., s.XIV-IV.

Fol.1^r Inc. Itaque ordin. cepit non sequitur intercedere velut apud argumentosa

Fol.151^r Hec scripsit scripta scriptor
tor Nicolaus de Buda

Merces eterna sibi detur in
arce superna

In festo beati Petri martyris lc.l.

Fol.157^r De sancto Stanislao episcopo et martyre. Stanislaus martir egregius ex nobili gente militum in provincia cracoviensi extitit /! / oriundus

Fol.217^v Expl. Mox in...sanctum Lambertum in ore prostratum recidit. Tu autem.

Cs.N₅I.14, Vesz.114, B.119, Kalauz 51, Var.168, Sprawozdanie Pag. 248 n.51, R.I.19.

20. BIBLIA S. VETERIS ET NOVI TESTAMENTI

Membr., in fol., fol. 378, col. 2, teg. l. c. o., s. XIV m. Illuminationes septem maiores.

Fol. 1^r Inc. Frater Ambrosius.

Fol. 378^v Expl. Veni Domine Jesu. Gracia domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis amen.

In prima teguminis parte legitur:

Hanc bibliam unus Saxonum princeps frater monasterii ad S. Petrum in Merseburg manu sua propria conscripsit, ut nobilis ac reverendus dominus Philippus Arbogastus sacrae theologiae licentiatu ecclesiae ibidem cathedralis decanus referebat, eaque, ne tale opus in manus haereticorum eo tempore per totam Saxoniam grassantium perveniret, ne donabat 1582 12. Maii.

Henricus a Behaim Megalopolitanus Brennbургensis Sacrae Caesareae Maiestatis supremi cubicularii Dom. Domini /Wolfgangi Sigismundi/ Rumphii Liberi Baronis stabilis /?/ praefectus manu propria.

Rademacher: Das Kloster St. Peter in Merseburg. Merseburg, 1913. Urkundenbuch des Hochstiftes Merseburg 962-1357 Halle, 1899. Studien und Mitteilungen aus der Geschichte des Benediktinerordens und seiner Zweige. N.F. 22/1932/ Pag. 163-65.

Cs. K₅ II. 17, Vesz. 46, B. 47, Var. 35, R. I. 20.

21. S. THOMAS AQU. OP.: SUMMA CATHOLICAE FIDEI CONTRA GENTILES

Membr., in fol., fol. 179, col. 2, teg. c. 2, s. XIV. 1.

Ed. Hain 1385

Cs. N₅ III. 1, B. 571, Var. 171, R. I. 21.

22. BIBLIA S. NOVI TESTAMENTI CUM INTERPRETATIONE S. HIERONYMI NOMINUM HEBRAICORUM

Membr., in fol., fol. 207, col. 2, teg. l. c. o., s. XIV. m.

Fol. 207^v Expl.

Sor	super	scrip	lib	poti
te	norum	tor	ri	atur
Mor	malig	rap	lib	mori

S. Hieronymus: Interpretatio nominum Hebr. PL 23, 773-858.

Cs. N₅ II. 6, B. 560, Var. 41, R. I. 22.

23. MISSALE AD USUM ECCLESIAE HUNGARICAE
 Membr., in fol., fol. 250, col. 2, teg. l. c. o., s. XV. m. Illumin.
 Fol. 3^r Inc. Kal. Jan. Circumcisio Domini.
 Cs. N₅ III. 2, B. 380, Var. 203, R. I. 23
24. MISSALE AD USUM ECCLESIAE HUNGARICAE
 Membr., in fol., fol. 185, col. 2, teg. l. c. o., s. XIV-XV. Illumin.
 Codex mutilus.
 Cs. N₅ III. 4, B. 379, Var. 106, R. I. 24.
25. MISSALE AD USUM OP. IN HUNGARIA
 Membr., 345x245 mm, fol. 195, col. 2, teg. l. c. o., s. XIV-XV. Illumin.
 Codex mutilus. Canon ex alio codice, medio s. XV. exarato,
 desumptus est.
 Cs. N₅ I. 15, B. 381, Var. 107, R. I. 25.
26. MISSALE COLONIENSE
 Membr., in fol., fol. 277, col. 2, teg. c., s. XV. m. Illumin.
 Cs. K₅ II. 8, B. 383, Var. 193, R. I. 26.
27. BIBLIA S. VET. TESTAMENTI
 Membr., in fol., fol. 196, col. 2, teg. c., s. XIV-XV.
 Cs. K₅ II. 16, Vesz. et B. 48, Var. 109, R. I. 27.
28. ANDREAS VENDRAMIN: PROMISSIO
 Membr., 345x255 mm, fol. 38, col. 2, teg. membr., a. 1476. Illumin.
 Fol. 1^r Incipit prologus promissionis Illustris domini Andreae
 Vendramini Dei gratia ducis inclytarum Venetiarum.
 Fol. 38^v Expl. Omnes duces teneantur ultra ea quae ballotinis
 viventes conferunt dimittere post mortem saltem ducatus cen-
 tum auri et si non dimiserint testamento eos nihilominus ha-
 beant a ducum commissariis vigore huius decreti.
 Musatti: Storia della promissione ducale. Padova, 1888.
 Kiállítási Kalauz. Gyulafehérvár, 1912.
 Cs. L₅ II. 11, B. 439, R. I. 28.
29. ECKEBERTUS OSB.: VISIONES S. ELISABETH SCHÖNAUGIENSIS
 Chart., in fol., fol. 215, col. 1, teg. cor., s. XVI. i.
 AA. SS. 18. Jun. III. P. 604-43. Roth: Die Visionen der hl

Elisabeth. Brünn, 1886.

Cs.L₅III.14, B.179, Var.286, R.I.29.

30. HAYMO ANTISSIODORENSIS OSB.: HOMILIAE DE TEMPORE

Membr., in fol., fol.214, col.1, teg.1.c.o., s.XII.f. Illumin.

Fol.1^r in margine superiori: Omelie Haymonis fratrum predicatorum Cassoviensium

Fol.27^r In margine superiori fragmentum litterarum exeunte s. XIII. conscriptarum: Reverendo in Christo patri fratri M. priori de Pothoca frater Clemens filiorum minimus /?/ eiusdem ordinis de Cassa oraciones in filio virginis cum obediencia filiali. Cum multis gravaminibus...

In tegumenti parte priore medio saec. XV. est scriptum: Iustum librum Omeliarum haymonis invenimus in conventu hoc anno reformationis eiusdem.

In sequiore tegumenti parte fine s. XV. notatum: Iste liber est fratrum ordinis predicatorum in Cassovia et sunt Omelie venerabilis Heymonis.

In marginibus foliorum glossae recurrunt s. XIII-XVI. adlectae.

Ed. PL 118, 11-746.

Cs.N₅II.14, B.258, Var.7, R.I.30.

31. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS SOLITARIUS INCLUSUS: SUPER PSALTERIUM

Chart., 304x215 mm, fol.236, col.2, teg.1.c.o., s.XV.f.

Fol.1^r Incipit prologus honorii Solitarii in Psalterium. Christiano patri verbo et exemplo relucenti ut speculum

Fol.236. Expl. in brachio tuo populum tuum filios natos Joseph ... est quo filios Israel

Ed. PL 172, 269-312; 193, 1315-72; 194, 485-730.

Cs.K₅III.9, B.212, Var.227, R.I.31.

32. JOSUA OPITZ: SCHÖNE UND HERRLICHE SONNTAGS-EVANGELIA

durch das gantze Jahr und andere schöne Sprüche aus dem alten und neuen Testamente, Auslegungen gepredigt zu Wien durch den ehrwürdigen und wohlgelehrten M.-

Chart., in 4^o, fol.260, col.1, teg.chart., s.XVIII.

Cs.K₅III.8, B.405, R.I.32.

33. OPERA THEOLOGICA

Chart., in fol., fol. 358, col. 2-1, teg. l. c. o., s. XV. 1.

a/ Nicolaus de Dinkelsbühl: Expositio orationis dominicae et decalogi et octo beatitudinum

Fol... Explicit hec materia suprascripta ... per manus Stephani Blum de Othin scolastici nunc exulantis in Odorino sub anno domini M^oCCCC^o tricesimo primo.

Aschbach: Geschichte der Wiener Universität. I. Wien, 1865. Pag. 473.

b/ Henricus de Westphalia OCart. /?/: Sermones /1432/

Fol. Expl. Et est scriptus per Johannem Tros de Suburbio in Studio Cracoviensi Anno Domini millesimo CCCC^o XXX^o 2

c/ S. Gregorius M.: Dialogorum libri IV. de vita et miraculis patrum Italicorum. Liber primus.

Ed. PL 77, 149-429.

d/ Johannes Andreae: Tractatus de distinctione cognationis vel affinitatis.

Ed. Wiegendrucke II. 1681. Schulte II. Pag. 214.

Fol. 1^r. Iste liber pertinet ad altare sanctorum Nicolai et Katherine in Lewtscha in Hospitali.

In prima teguminis parte: 1469 proxima feria quarta emit // librum presentem VIII florenis post festum Sancti Gregorii eodem die solvi eidem domino Caspar

Cs. G₅ III. 3, B. 216, Var. 145, R. I. 33.

34. S. RAYMUNDUS DE PEÑAFORT OP.: SUMMA DE POENITENTIA ET MATRIMONIO

Chart.-membr., in fol., fol. 168, col. 1, teg. l. c. o., s. IV. 1.

Ed. Roma, 1603, Schulte II. Pag. 410-13. Kuttner: Repertorium der Kanonistik. Prodrömus Corp. Glossarum. I. Citta del Vaticano, 1937. Pag. 443-45.

Cs. L₅ III. 22, B. 474, Var. 164, R. I. 34.

35. MISCELLANEA

Chart., 29x210 mm, fol. 110, col. 2, teg. l. c. o., s. XV. 1.

a/ Sermo de defunctis

Fol. 1^r Incipit: Sancta ergo et salutaris

b/ Antonius /Parvus/ Parmensis OP.: Sermones quadragesimales.

Fol. 3^r Incipit XL^e parmensis

Fol.41^V Explicit Postilla parmensis per quadragesimam in die sancti Erasmi martyris Anno domini /M^o/ et quadringentesimo Tercio et eodem anno fuerunt in Bohemia magne Gwerre et in vngaria carentibus istis regnis vera capita /!/
Ed. Wiegendrucke II. 2248.

c/ Vita Adae et Hevae /Apocr./

Fol.42^r Inc. Cum expulsus esset Adam et Eva de paradiso

Fol.45^r Expl. Octauus vero dies future et eterne beatitudinis est in quo omnes boni cum suo creatore in corpore et in anima nunquam de cetero lugebunt sed regnabunt etc. per infinita secula seculorum.

Ed. Meyer in Abhandl. der Münchener Akad. der Wissenschaften. 1878. Riessler: Altjüdisches Schrifttum. 1928.

d/ Descensus S. Pauli /Apocr./

Fol.45^r Inc.: Queri potest quis prius rogaverit.

Fol.48^v Expl. Et audiens sanctissima dei genitrix et omnes angeli clamauerunt una voce dicentes: Ipsi gloria et imperium in secula seculorum Amen.

Migne: Enc. théologique 24,654 et sequ.

e/ Miracula

Fol.49^r Inc. Miracula de nativitate domini.

f/ Anonymus OM.: Gesta Romanorum

Fol.55^r Inc. Dorotheus imperator

Fol.92^v Hoc modo dic themam secundum quod placet de parasceuen etc.

Oesterley: Gesta Romanorum. Berlin, 1872.

g/ Sermones de animabus, de antichristo. Aelfricus OSB. /?/:
De dedicatione

Fol.93^r Inc.

Fol.107^r Expl.

Cf. Cod. Lat. 943 Bibl. Nat. Paris. Brotanek in Texte und Untersuch. zur altengl. Literatur- und Kirchengesch. 1913.

h/ Hystoria qualis homo sit in peccato.

Fol.107^v Expl.

i/ Moralis quare Deus ailit in vterum virginis

Fol.107^v Inc.: Rex Salamon strucionem habuit

Fol.107^v Expl. humanum genus redemit.

j/ Sumens corpus Christi debet multa facere

k/ Nota prohibiciones a communione

l/ Exemplum de parascephen

m/ Thomas Ebendorfer de Haselbach: Chronicon Austriae /German./

Fol.108^v Inc. Anno domini M^oCC^oLXXIII^o do wurd erbelt der ser edel herr und graff Ruedolff von Habelspurch.

Fol.110^v Anno domini M^oCCCC^oXXIII^o an dem zehenten Tag des manads /!/ Junii jst an dem phingst obent starb der durchleuchtig fürst herzog Ernst ze Österreich...und ist begraben in dem cluster ze Rawn.

Pez: Script. rer.Austr.II. Lipsiae,1723.Egy.Phil.Közl.23 /1899/, 24/1900/ Pag.368-81;881-911. Bartoniek: Codices latini medii aevi. Budapest,1940. Pag.161 n. 203; Pag. 283-84 n. 325.

Cs.M₅IV.8,B.524,Var.170,R.I.35.

36. OPERA THEOLOGICA ET OPUS MEDICUM

Chart.,in fol.,fol.261,col.1,teg.l.c.o.,s.IV.

a/ Sermones

b/ Aegidius Columna Romanus OErSA.: Theoremata de corpore Christi sive de hostia consecrata

Fol... Expliciunt theoremata de hostia consecrata per manus Johannis de Lichtenwald

Ed. Wiegendrucke VI. 7208.

c/ Bernardus de Parentinis OP.: Liliun missae

Fol.94^r Expl. Finitus tractatulus ... doctoris Thome de Aquino... Ego frater Bernardus de Parentinis ordinis predicatorum provincie Tholosane et Conventus Orthesii de Vasconia.

Ed.Hain 12416, 12419.

d/ Liber generationis Jesu Christi

Fol.94^v Inc.

e/ Bullae papales

f/ Yahyā ibn-al Baṭrīq: Sirr al-asrār=Secreta secretorum, quae Philippus Tripolitanus clericus Guidoni de Valentia episcopo dedicavit.

Fol.1^r Liber proprius capelle Sancti Georgii /sc. in Lócse/.

Ed.Wiegendrucke II.2481. Förster: Handschriften und Ausgaben des pseudo-aristotelischen Secretum secretorum.

Centralblatt für Bibliothekswesen 6/1889/ Pag. 1-22; 57-76. Brinkmann: Die apokryphen Gesundheitsregeln des Aristoteles. Leipzig, 1914. Pag. 16 sequ. Steele: Secretum secretorum cum glossis et notulis... Fr. Rogeri. Oxford, 1920. Pag. 25. Thorndike: A History of magic and exper. science. II. New York, 1923. Pag. 267-78; III. 1934. Pag. 472-510; 743-59. Sarton: Introduction to the history of science. I. Baltimore, 1927. Pag. 544, 556.
Cs. G₅ IV. 4, B. 338, Var. 234, R. I. 36.

37. HENRICUS TOTTING DE OYTHA: QUAESTIONES SUPER QUATTUOR LIBROS SENTENTIARUM
Chart., in fol., fol. 254, col. 2., teg. l. c. o., a. 1383.
Fol. 252^V Expliciumt questiones sentenciarum reverendi magistri Henrici de Oytha professoris in sacra theologia. Anno domini M^oCCC^o octogesimo tercio. Reportate Prage in die sancti Sigismundi et in vigilia exaltacionis sancte crucis per manus Caspar de Soldow etc. Amen.
Lang: Heinrich Totting von Oyta. Münster, 1937.
Cs. F₅ IV. 17, B. 455, Var. 84, R. I. 37.

38. JACOBUS DE ZOCCHIS: LECTURAE IN IV. LIBRUM DECRETALIU
Chart., in fol., fol. 258, col. 1., teg. l. c. o., a. 1433.
Fol. 258^V Expl. Finita est hec lectura quarti Decretalium per Dominum Jacobum Zochczis de Ferraria in scholis Padue extraordinarie tunc ibidem legentem anno domini MCCCCXXXIII die vero XXVII mensis Augusti et scripta Kathedra et in schola legente per me magistrum Johannem Lupi de Aix scholarem ipsius in scholis eisdem et ab ipso in voce pronunciante et cetera.
Schulte II. 327.
Cs. G₅ III. 14, B. 593, Var. 147, R. I. 38.

39. PROTOCOLLUM ARCHIEPISCOPATUS STRIGONIENSIS AB A. 1701
Chart., 302x197 mm, fol. 498, col. 1., teg. l. c. o., s. XVIII.
Fol. 1^r Inc. Quartus denuo labitur annus
Fol. 256^V Expl. Nunquam sera venit, quae stimulata venit.
Cs. L₅ III. 25, B. 442, R. I. 39.

40. CODEX HYMNARIUS BATHYÁNYANUS

Chart., 310x200 mm, fol. 225, col. 1, teg. semicor., a. 1556-63. cum figuris calamo delineatis.

Fol. 1^r Incipiunt hymni de Adventu Domini. Uy vilagosság ielenek

Fol. 225^v Expl. az geneiokat meghaan űlelg' e

Nyelvemléktár T. XIV. Pag. XVIII-XLII, 125-298. Horváth C.: A Bathyány-codexről. Irod. Közl. 15/1905/ Pag. 129-48; 257-92; 388-430. Seprődi: A Bathyány-kódex jelentősége. Az Erdélyi Múzeum Egyesület hatodik vándorgyűlésének emlékkönyve. Kolozsvár, 1913. Tóth: A Ráday-kódex. Irod. Közl. 36/1926/ Pag. 106-12; 228-30. Friedrich: A magyar evangélikus templomi ének történetének vázlatja. Budapest, 1944. Horváth J.: A reformáció jegyében. Budapest, 1953. Pag. 256-58.

Cs. N₅ III. 10, B. 283, Kalauz 101, R. I. 40.

41. S. RAYMUNDUS DE PENAFORT OP.: SUMMA DE POENITENTIA ET MATRIMONIO

Chart., in fol., fol. 242, col. 2, teg. l. c. o., s. XIV. f.

In folio priore custode: Iste liber est datus per dominum Yozeph ad ecclesiam sancte Elisabeth extra muros Leutschau sic quod ibidem perpetuo maneat. Anno 1482.

Ed. Roma, 1603. Schulte II. Pag. 410-13. Kuttner: Repertorium. Pag. 443-45.

Cs. F₅ III. 2, B. 602, Hradzsky Pag. 117 n. 2, Var. 93, R. I. 41.

42. BREVIARIUM

Membr., in fol., fol. 200, col. 2, teg. l. c. o., a. 1423.

Cs. M₅ III. 15, Vesz. 66, B. 68, Var. 169, R. I. 42.

43. ANDREAS HUSZTI: DACIA MEDITERRANEA ID EST TRANSYLVANIA VETUS

Chart., 310x207 mm, fol. 48, col. 1, teg. chart., a. 1743.

Fol. 1^r Inc. Inclytae Gentis Hungaricae

Fol. 46^v Expl. quae in oculos nostros incurrerunt hic depingimus.

Ed. Viennae, 1791.

R. I. 43.

44. ALBUM FRATRUM ET SORORUM AUG. CONFRATERNITATIS SS. TRINITATIS
REDEMPTIONIS CAPTIVORUM .. ALBAE CAROLINAE AB ANNO 1716.
Chart., in 4^o, fol. 316, col. 1, teg. panno serico villosa obductum,
s. XVIII.
Arma episcopi Transsylvaniae Georgii e LB. Sorger: aquila ni-
gra supra rupem viridem stans crucemque deferens auream; porro
arma episcopi Francisci Klobusitzki de Zethény.
Temesváry: Őt erdélyi püspök rangemelésé. Kny. Kolozsvár,
1910.
Cs. K₅ II. 18, Vesz. et B. 15, R. I. 44.
45. DECIUS JUNIUS JUVENALIS: SATYRAE.
Chart., 309x217 mm, fol. 47, col. 4, teg. lin., a. 1461.
Fol. 3^r Inc. Quia ars ipsa de qua loquimur est ars poetica
Fol. 46^r Expl. despiciasque malum
Fol. 46^v Sit laus Christo ih/es/u. Scripta in alma universita-
te studij Cracoviensis commutatione Estivali Anno Domini
M^oCCCClxj^o per Cristofforum Petschmessing s/entenciarum/ l/om-
bardi/ et Arcium Baccalarii de lewtschaw etc.
Altera manu adiectum: Henricus Samariensis
Pars codicis altera asservatur in Bibl. Széchényana Buda-
pest. sub signatura Cod. lat. medi aevi n. 180.
Ed. Hain 9660.
Cs. N₅ II. 17a, B. 553, Kalauz 31, Var. 212,
Sprawozdanie Pag. 245-46, R. I. 45.
46. AENEAS SILVIUS DE PICCOLOMINIBUS: EPISTOLAE FAMILIARES
Chart., 309x215 mm, fol. 12, col. 2, teg. lin., s. XV. m.
Fol. 1^r Inc. Aeneas Silvius poeta salutem plurimam dicit domi-
no Johanni
Fol. 12^v Expl. Basilee
Ed. Hain 147. Wolkan: Der Briefwechsel. Wienae, 1909-18.
Cs. N₅ II. 17b, B. 553, Kalauz 31, Var. 212,
Sprawozdanie Pag. 246 n. 46, R. I. 46.
47. ALBUM ALUMNORUM HUNGARORUM AB ANNO 1588 IN COLLEGIO GERMANICO
ET HUNGARICO STUDENTIUM
Chart., 290x210 mm, fol. 384, col. 1, teg. cor., s. XVIII. Illumin.
Fol. 1^r Inc. Adalbertus Révay, Adamus Illésházy

Fol.384^v Expl. Wolfgangus Kaprónézy /1588-1594/

Album e Collegio a. 1782 in Hungariam translatum curaque Ignatii Batthyány commissum est, qui illud in Bibliotheca sua deponi statuit.

Veress: Fontes Rerum Hungaricarum II. A római Collegium Germanicum et Hungaricum magyarországi tanulóinak anyakönyve és iratai.I. Budapest, 1917. Szabó: Illyés István élete. Magyar Sion 1/1863/ Pag.881-89. Beke: Az erdély egyházmegyei papnövelde történeti vázlata. Károly-Fehérvár,1870,Pag.7-10. Nilles: Symbolae I. Oeniponte, 1885. Pag.405 ad calcem.

Cs.K₅III.10,B.395,R.I.47.

48. PETRUS DE PALUDE OP.: THESAURUS DE SANCTIS.

Chart.,in fol.,fol.237,col.2,teg.l.c.o.ad modum Scepusiensem, s.IV.m.

In folio custode priore: Liber Ecclesie B. Jacobi in Lewtscha, et inferius: Iste liber est Casparis Polixer

Ed.Lugduni,1574-76. Hunyady: A magyar könyvkiadás művésze-
te a mohácsi vészig. Budapest,1937.Pag.37.

Cs.H₅III.8,B.568,Var.180,R.I.48.

49. RATIONES TURCAR

Chart.,in 4^o, fol.165,col.1,teg.cor.,s.XVII.

Cs.L₅IV.5,B.483,R.I.49.

50. MISSALE AD USUM OP.

Membr.,275x185 mm,fol.359,col.2,teg.l.c.o.,s.XIV.i. Illumin.

Cs.L₅IV.17,B.382,Var.208,R.I.50.

51. JOHANNES JOST SOCIST. E MONASTERIO CAMPI S.MARIAE: EVANGELIUM
- EX QUATTUOR UNUM - CONCILIO BASILIENSI DEDICATUM.

Chart.,in fol.,fol.100,col.1,teg.l.c.o.,s.IV.f.

Cs.L₅IV.21,B.299,Var.244,R.I.51.

52. HAYMO ANTISSIODORENSIS OSB.:COMMENTARIUS IN EPISTOLAS S.PAULI

Chart.,in fol.,fol.145,col.2,teg.l.lineo o.,s.IV.f.

Fol.1^r Inc.

Fol.145^v Explicit glossa ordinaria super omnes epistolas beati pauli

In parte teguminis anteriore: Fragmentum documenti a Barnaba Stephani clerico Agriensis dyocesis publico imperiali auctoritate notario medio s.XIV. editi.

Ed. PL 117,361-938.

Cs.H₅III.9, Vesz.104, B.109, Var.63, R.I.52.

 na procedalis
 Kovachich: Formulae solemnes. Pest, 1799. Pag. CCV. Vass:
 Kalászat az erdélyi egyháztörténelem mezején. M. Sion 5
 /1867/Pag. 418-26, 497-513. Erdélyi Országgyűlési Emlékek.
 IV. sequ.
 R. II. 92.
252. RATIONES MENSTRUAE CONVICTUS CLAUDIOPOLITANI NOBILIIUM ET APO-
 RIANI CLERICORUM SUB CURA PP. SOC. JESU AB A. 1715-73.
 Chart., in fol., fol. 7, col. 1, teg. semicor., s. XVIII.
 Zerich: Az utolsó jezsuita Erdélyben és annak végrende-
 lete. Religio, 1854. Pag. 559-61. Beke: Az Erdélyi egyházme-
 gyei papnővelde történeti vázlata, Károly-Fehérvár, 1870.
 Cs. L₅ III. 23, B. 458, R. II. 93.

253. PROTOCOLL IN WELCHEM ANNOTIERT WIRD, WAS VON ANTRETUNG DES FÜRSTL. BISTUMS WILN SICH UNTER IHRO HOCHFÜRSTL. GNADEN HERRN SIGISMUND GRAFEN VON KOLLONICZ ZUGETRAGEN.
Chart., in fol., fol. 134, col. 1, teg. chart., a. 1716-21.
Cs. L₅ III. 24, Vesz. 156, B. 162, R. II. 94.
254. BREVIARIUM IN USUM ECCL. HUNGARICAE
Membr., in 4^o, fol. 448, col. 2, teg. l. c. o., s. XIV. f.
Cs. G₅ IV. 13, Vesz. 56, B. 58, Var. 92, R. II. 95.
255. THOMAS EBENDORFER DE HASELBACH: SERMONES DE TEMPORE
Chart., 288x212 mm, fol. 237, col. 1, teg. l. c. o. ad modum Vindob., s. XV. m.
In primo folio custode: Nicolai Bogner de Lewtscha
Liber domini Petri Crewschin de Lewtczovia. Et postea ab eodem domino Petro venditus est domino plebano de Villa Latina pro 3 florenis auri.
Iste liber est datus et legatus per Valentinum fratrem Rubner ad ecclesiam Sancte Elisabeth extra muros Lewtschau cum consensu patris sui et matris Anno 1479.
Cs. G₅ IV. 14, B. 494, Var. 186, R. II. 96.
256. COMMENTUM PRO SARUM
Chart., in 4^o, fol. 210, col. 1, teg. l. c. o., a. 1404.
Fol. 209^r Explicit commentum pro sarum per manus Materni et est finitum in die ad vincula sancti Petri apostoli anno domini millesimo quadringentesimo quarto pro quo dominus gloriosus sit benedictus dictus in secula et cetera.
Finis adest operis
Mercedem consumpsi laboris
/Cf. Analecta hymnica 34-55./
Pro foliis custodientibus adhibita sunt documenta a Jacobo Hayn notario publico dioec. Misnensis anno 1400 edita.
Cs. H₅ IV. 2, B. 425, Var. 115, R. II. 97.
257. TRACTATUS THEOLOGIAE MORALIS
Chart., in 4^o, fol. 333, col. 2-1, teg. l. c. o., s. XV.
a/ Guillelmus Peraldus /Péroult/ OP.: Summa aurea de virtutibus et vitiis

Ed.Hain 12383.

b/ Bydo de Senis OErS. Aug.: Distinctiones exemplorum V. et N. Test.

Ed.Venetis 1556.

c/ Henricus Heinbuche: Expositio decalogi /1422/

Fol.333^V Expl. Et sic finitur expositio decem preceptorum tradita ab egregio viro sacre theologie doctore Henrico de Hassia in studio Wyennensi scriptum a quodam scolare filio sutoris in Mülldorff anno domini M^oCCCC^oXXII^o

Ed.Hain 10400.Nicolaus de Lira: Praeceptorium. Coloniae Agrippinae,1504.

In tegumento priore adnotationes chronologicae ad civitatem Vindobonensem spectantes.

Cs.G₅V.25,B.413/601/,Var.133,R.II.98.

258. VOCABULARIA

Chart.,in 4^o,fol.143,col.2,teg.l.c.o.,s.XV.m.

a/ Johannes de Balbis OP.: Summa grammaticalis /Catholicon/

Fol.1^r Achademia dicitur villa; in qua studuit Plato

.....

Tumultus a tumeo es ere

Ed.Wiegendrucke III.3182. Goetz: Corp. Gloss. Latin.I.

Lipsiae,1923,Pag.215-17.

b/ Vocabularium Latino-Germanicum

Affectus Begerunge lust des leybes

.....

Eucharistia gotteslechnam

.....

Qualitas zogetonheit

Cs.H₅IV.5,Vesz.250,B.155,Var.190,R.II.99.

259. ERKLÄRUNG DES EVANGELIUM DES HL. LUKAS

Chart.,208x149 mm,fol.435,col.1,teg.chart.dur.,s.XVII.

Fol.1^r Inc. Erklerung des Evangelisten Lucas

Fol.435^V Expl. End der Erklerung aus dem Evang. Luc.

Cs.G₅V.30,B.191,R.II.100.

260. PASSIONALE SANCTORUM

Membr., in 8^o, fol. 183, col. 1, teg. l. c. o., a. 1371.

Fol. 1^r In hoc volumine continetur passionale cum sermonibus
Fol... Inc. De sancto Stanislao. Stanislaus propter vite munda-
diciam in episcopum Cracoviensem electus fuit.

Fol... Expl. Splendor autem celicus per bydum super sepul-
crum remansit.

Fol... Inc. De sancta Hedwige. Hedwigis secundum carnem cla-
rissime nata...

Fol... Expl. migravit ad Dominum ab ipso coronanda in eternum

Fol. 183^v Explicit liber iste videlicet passionale per manus
Petri de Opul tunc temporis predicator // apud beatam Virgi-
nem Mariam in Cracovia sub anno Domini M^oCCC^oLXXI^o feria V.
ante festum Nativitatis beate semper Virginis Marie hora com-
pletorii vel quasi. Omnes in eo legentes orate pro eo.

Cs. H. IV. 10, B. 415, Var. 64,

Sprawozdanie Pag. 234-35 n. 27, R. II. 101.

261. BREVIARIUM IN USUM ECCL. HUNGARICAE

Membr.-chart., in 4^o, fol. 424, col. 1, teg. l. c. o., s. XV. m. Illumin.

Fol. 1^v Inc. Liber generationis Jhesu Christi

Fol. 2^r-6^r Kalendarium

Adnotatio ad diem 27. Februarii: Ipso die sabbato in anno
domini 75 solvit debitum carnis reverendus magister Petrus
Sichicz et sepultus est in civitate dominica invocavit me do-
minus.

Ad diem 26. Aprilis: Anno domini 1465. Item ipso die quin-
to infra octavam pasche obiit honorabilis dominus Stephanus
altarista altaris sancte et individue trinitatis. Et sepultus
est in transitu penes altare vetus cuius anima cum fidelibus
requiescat cum deo in evum.

Ad diem 2. Maii: Item ipso die Sigismundi in anno domini
LXVI incarnationis obiit reverendissimus dominus noster pre-
latus in Pesthen Johannes Stheb cuius anima requiescat in
Christo.

Ad diem 8. Julii: Item anno domini 1466 tertia feria Kyli-
ani vel in octava virginis Marie visitacionis obiit reveren-
dus magister Casparus FÜRchtel plebanus istius ecclesie sancti

Jacobi Apostoli cuius anima cum fidelibus requiescat in Christo.

Ad diem 29. Julii: Item anno domini 1457 ipso die sabbato ad dominicum // sequentem obiit honestus vir dominus Johannes Puddcyner ipse pius permisit mihi Servacio altariste altaris Sancte virginis Barbare in testamento et sunt due partes sive septimana Sancti Jacobi apostoli. Et peto pure propter deum ut quicumque oraverint ex eis sint memores pro salute anime sue in uno Ave Maria.

Ad diem 6. Augusti: Anno domini 1465 ipso die transfigurationis obiit meus dilectus patrinus Marchus Meldener qui levavit me de fonte baptismatis et sepultus est in capella Sancti Michaelis Archangeli.

Ad 15. Augusti: Anno domini 1457 ipso die assumptionis Marie obiit honestus dominus Augustinus et sepultus est ipso die.

Ad 23. Augusti: Anno domini 1463 tertia feria in ista vigilia solvit debitum carnis mea dilecta compatrix Ursula Brigcien et sepulta est in ecclesia ad altare Sancte Katharine sub crucifixo cuius anima cum omnibus fidelibus requiescat in pace cum deo.

Ad 19. Septembris: Item sexta feria in die 19 Januarii obiit honestus vir Johannes Chessus Caschovie et ibidem sepultus cuius anima cum fidelibus requiescat in pace. Anno domini 1466. Fuit michi bonus fautor.

Ad.4. Dec.: Item in anno domini 1462 sabbato die in die Sancte Virginis Barbare infra primam horam post prandium solvit debitum carnis mea per dilectissimam genitricem Dorothea Bautlerin et sepulta est in 2^a dominica post predictum diem cuius anima cum omnibus fidelibus requiescat cum deo in cuius legendo dicit unum Ave Maria ut eius donum multiplicetur in celis.

Fol.6^v-7^v Litaniae

Fol.8^r /Officium Hebd.S./ Inc. Sunt de hic stantibus...Bulla Callixti III. de parasceve celebrando

Fol.16^r Expl. Datum Rome apud // Sanctum Petrum anno domini 1457.

Fol.18^r Inc. Beatus vir qui non abbit

Fol.424^v Expl. Deo gracias

Notas calendario adiecit Servatius Bautler /cf.n.400/
Cs.H₅IV.6, Vesz.60, B.62, Var.177, R.II.102.

262. SERMONES QUADRAGESIMALES

Membr., in fol.159, col.2, teg.l.c.o., s.XV.1.

Fol.1^r Quadragesimale pro singulis diebus dominicis habens sermones usque ad quartam feriam post pascha domini Petri de Opel predicatoris olim in Leucz pie memorie qui legavit hoc sicut et omnes suos libros ad domum Capelle inibi permansuros.

Fol.159^v Iste liber est domini Petri de Opel // predicatoris
Sorte supernorum scriptor libri potiat
Morte superborum raptor libri moriatur
Cs.G₅IV.10, B.451, Var.141, R.II.103.

263. POEMATATA GERMANICA

Membr., in 4^o, fol.129, col.1, teg.cor., s.XIV.

a/ Buch der Künige

Fol.1^r Inc. Hie heben sich an die buch der Chunig von den alten und niuwen ê'

b/ Henricus Hesler: Apokalypsis

Fol.39^v Inc. Apokalypsis Die offenwarungen iesu xpi die im got gab ze offenbaren seinem chnecht

Ed.Helm. Deutsche Texte des MA 8/1907/. Ziesemer: Die Literatur des deutschen Ordens in Preussen. Breslau, 1928.

c/ Conradus Wirceburgensis: Die goldene Schmiede

Fol.41^r Maria Mutter chuniginne

Alle der welt erloesaerinne

Verleiche mir frawe solche sinne

Daz ich ditz büchelein beginne

Fol.103^r Expl. AMEN. Detur pro penna scriptori cellicum regnum

Ditz buch twn ich ewch bechant

daz ist daz Smidelein genannt

von sanct Marien lobesam

Ed.Schröder.1926. E.Roth:Konrad von Würzburg "die goldene Schmiede" c.művének kéziratái.1922-23. tanévi értékelés a Ferenc József Tudományegyetem bölcsészeti karán. Bleyer: Hazánk és a német philologia. Budapest, 1910. Pag. 59-60.

d/ Das guldin Lob

Fol.103^r Inc. Das guldin Lob hebt sich hie an

Gragger: Deutsche Handschriften in ungarischen Bibliotheken. Berlin-Leipzig,1921.Bach: Niederrheinisches Marienlob.1933. Rosenfeld in Beiträge 53,Pag.419-31 mentionem facit alicuius "Marienlob", quod cum Goldene Schmiede contendere videtur.Gotfrids Lobgesang.Ed.Wolff in Jen. Germ. Forschungen.4/1924/. /Behrend/: Die deutsche Kommission der Akademie der Wissenschaften zu Berlin,1912.

e/ Legenda S. Thomae

Fol. 128^r Temporibus kalixti papae secundi anno eiusdem IIII quadam die facta est magna congregacio in pallacio Lateranensi romani /!/ plebis ac clericorum ante portam kalixti papae secundi.

Fol.129^r Expl. Talia In dorum patriarcha recitante omnes qui aderant gracias egerunt domino iesu XPO qui tanta miracula per sanctum Thomam apostolum suum operari dignatus EST.

In folio custode priore: Allensteig

In tegumine: 1580 V. Hager

J.mckfrau Cessa geporene Hagerin

1642 Hans Seyfrid

B. Jacobus a Voragine OP. aep.: Legenda aurea.BHL 8145.

Cs.F₅V.14,B.409,Var.46,R.II.104.

264. PASSIONALE SANCTORUM

Membr.,in 4^o,fol.81,col.1,teg.c.,s.XIV.m.

Cs.G₅IV.12,B.414,Var.37,B.II.105.

265. DE VIRTUTIBUS MORALIBUS /ITALICE/

Membr.,237x175 mm,fol.23,col.2,teg.l.c.o.,s.XIII.f.

Fol.1^r Inc. Questo sie lo libro de moralites

Fol.23^v Expl. Qui scripsit scribat

Semper cum domino vivat

Vivat in celis

Franciscus nomine Felis.

Cs.F₅V.11,Vesz.147,B.152,Var.14,R.II.106.

266. ANTONIUS MÁRTONFY: PRAELECTIONES THEOLOGIAE PASTORALIS T. I-II.
Chart., in 8^o, fol. 106+104, col. 1, teg. chart. dur., a. 1785.
Cs. F₅ V. 16-17, B. 426, R. II. 107.
267. LECTIONALE
Membr., in 4^o, fol. 189, col. 1, teg. l. c. o., s. XII. f.
In prima teguminis parte: Hic fuit Udalricus de Capella
pro tunc temporis socius dominorum...
In sancto Martino in Valle Lawent anno domini CCC^o XL^o IX^o
Mementote mei.
Cs. F₅ V. 10, B. 317, Var. 6, R. II. 108.
268. MISSALE CUM OBITUARIO ABBATIAE S. MARTINI IN VALLE LAWANT
Membr., in fol., fol. 110, col. 1, teg. l. c. o., s. XIII-XIV. Illumin.
Inter nomina familiarum Caranathanarum occurrunt in obitua-
rio nomina de Habsburg et de Habsperch.
Jaksch: Monumenta hist. Ducatus Carinthiae III. IV. 1. 2.
Klagenfurt, 1904-6.
Cs. F₅ V. 7, B. 386, Var. 17, R. II. 109.
269. ARS NOTARIATUS
Membr.-chart., in fol., fol. 183, col. 1, teg. chart. dur. c. o., s. XIV.
f.
Ed. Wiegendrucke II. 2636.
Cs. G₅ IV. 8, B. 609, Var. 83, R. II. 110.
270. GREGORIUS P. IX.: DECRETALIU LIBRI QVINQUE CUM GLOSSA BERNAR-
DI PARMENSIS
Membr., in 4^o, fol. 167, col. 2, teg. l. c. o., s. XIV. 1. Illumin.
Fol. 167^v Expl. Opere finito sit laus et gloria Christo
Gloria sit Christo dicimus munere sisto.
In parte teguminis sequiore: Damiani Pechyensis est liber
iste
Ed. Hain 7996. Schulte II. Pag. 3-25. Kuttner: Repertorium.
Pag. 3742.
Cs. G₅ IV. 9, B. 594, Var. 25, R. II. 111.

271. PHILIPPUS FIRMANUS LEG. AP.: CONSTITUTIONES CIRCA REFORMATI-
NEM PRAELATORUM ET CLERI A.1279.
Chart., 280x200 mm, fol. 128, col. 1, teg. membr., s. XVIII.
Ed. Péterffy: S. Concilia Eccl. Rom.-Cath. in regno Hun-
gariae celebrata. P.I. Viennae, 1742. Pag. 105-26.
Cs. F₅ V. 4, Vesz. 130, B. 135, R. II. 112.
272. JOHANNES B. POSCARINI PROCUR. S. MARCI: CAPITULARE CONSILIA-
RIORUM VENETIARUM
Membr., 267x185 mm, fol. 142, col. 1, teg. membr., a. 1625.
Fol. 1^r Inc. Juramentum Clarissimorum Dominorum Procuratorum
Sancti Marci de Citra Canale. Juro ad evangelia sancta Dei
Fol. 142^v Expl. Imposto il bossolo Bianco che il predetto N.N.
Francesco Contarini Cand. e Proc. non sia provato; il Verde
che sia provato, et il Rosso no sincier et fu preso nel Bian-
co che non sia provato Consigliere
Cs. N₅ V. 5, Vesz. 73, B. 76, R. II. 113.
273. MARCUS ANTONIUS MEMMO DUX VENETIARUM: CONSTITUTIONES
Membr., 232x162 mm, fol. 156+36, col. 1, teg. membr., s. XVII.
Fol. 1^r Inc. Nos Marcus Antonius Memmo Dei gratia Dux Venetia-
rum etc. Committimus tibi nobili
Fol. 186^v Le segue le tasse controscritte alli curiali voi
sotto le pena statuite. Benedetto Spinelli.
Cs. N₅ V. 30, B. 359, R. II. 114.
274. FRANCISCUS MOLINO DUX VENETIARUM: ORDINATIONES ET DECRETA
Membr., 222x152 mm, fol. 111, col. 1, teg. membr., s. XVIII.
Fol. 1^r Inc. Franciscus Molino Dei gratia Dux Venetiarum etc.
Commettemo a te Nobil
Fol. 111^v Expl. nella commissione di tutti Rettori nostri de
padre Laterra ed padre Cosamada in tutti i lochi e Terre no-
stre predette Sebastiano Venaghi m.p. offi. Datys nostr.
Cs. I₅ IV. 13, B. 389, R. II. 115.
275. GILBERTUS DE TORNACO OM.: SERMONES PRO DIEBUS DOMINICIS ET
PRO FESTIS SANCTORUM
Membr., in fol., fol. 208, col. 2, teg. l. c. o., s. XIV. m. Illumin.

Ed. Parisiis, 1518.
Fol. 2^r arma ut in n. 9.
Cs. F₅ V. 20, B. 255, Var. 43, R. II. 116.

276. EXTRACTUS CAUSARUM AD INCLITAM TABULAM REGIAM VIA APPELLATIONIS DEVOLUTARUM

Chart., 192x145 mm, fol. 76, col. 1, teg. chart., s. XVIII.

E possessione Samuelis Székely de Doba.

Cs. F₅ VI. 34, B. 225, R. II. 117.

277. ALEXIUS ARISTINUS: REGULA LEGIS VOLUNTATI DIVINAE ACCOMMODATA continens iura canonica et imperatoria pro causis status tam ecclesiastici quam saecularis ad mandatum imperatoris Joannis Commeni a venerabili magnae Dei ecclesiae diacono et legum conservatore D. Alexio Aristino conscripta, ex graeco idioma te in valachicum industria ac sumptibus sanctissimi D. Stephani Dei gratia metropolitae Tergovistensis et exarchi confiniorum Ungrovalachiae translata, nunc vero per Petrum Dobra tricesimatorem Ribniciensem sermone latino donata in Austriaca Valachia anno D. 1722 cum indice.

Chart., in 8^o, fol. 243, col. 1, teg. chart., a. 1722.

PG 133, 63-114/137, 35-1498/138, 17-808.

Cs. M₅ III. 9, B. 322, R. II. 118.

278. ISAAC DÖLLER: ANKUFF DER KIRCHE CHRISTI ZU JERUSALEM nach seiner Geburt und Himmelfahrt ab a. 1332-1570. Darneben wird auch des Antichristen Versammlung, wie diese jenige allzeit bis auf diese Stundt verfolgt hat verzeichnet. Von... geschrieben a. 1638/L. II. Chronicae Anabaptistarum/.

Chart., 199x145 mm, fol. 223, col. 1, teg. l. c. o., a. 1638.

Fol. 1^r Inc. Nachdem die Vülle der Zeit herzukommen war

Fol. 223^v Expl. Allsdann werden sie wol sehen in wen sie gestochen haben.

Beck Pag. XXVIII. Wolkan: Die Hutterer. Wien, 1918; Idem: Geschicht-Buch der Hutterischen-Brüder, Wien, 1923. Pag. 19. sequ.

Cs. G₅ VI. 5, Vesz. 170, B. 177, R. II. 119.

279. OPERA THEOLOGICA

Membr., in 4^o, fol. 294, col. 1, teg. l. c. o., s. XV. 1.

a/ Institutiones morales et catecheticae forma lexicali

b/ Sermones

c/ Tractatus de poenitentia

Dietterle art. cit. sub n. 70.

d/ Sermones pro diebus dominicis et festivis

Cs. H₅ IV. 13, B. 294, Var. 122, R. II. 120.

280. OPERA THEOLOGICA

Membr., in 4^o, fol. 174+170, col. 2, teg. l. c. o., s. XIV. 1.

a/ Conradus de Brundelshelm SOCist.: Sermones de tempore et de sanctis /Sermones Socci/.

Fol. 1^r Incipit opus Conradinum de tempore

Ed. Wiegendrucke VII. 7408.

Sermonibus plerumque adiecta est glossa anni, in quo prolati sunt. Primus annus est MCCCXVI, ultimus MCCCXIX. Semel: Marchus M^o CCCXXI^o

b/ Hugo Ripelin Argent. OP.: Compendium theologiae veritatis

Ed. Wiegendrucke I. 596.

In parte teguminis interiore legitur nota: FUIT NWFHARDI ET PERTINET AD LIBRARIAM IN CAPELLA /sc. S. Georgii in Lócsse/

Cs. H₅ IV. 12, B. 537, Var. 26, R. II. 121.

281. AMBROSIUS RESCH: EIN KLEIN GRÜNDTLICHES DENKBÜCHLEIN SEIT 1524-1642 JAR mit den rechtgläubigen und frommen Menschen hatt zuegetragen und wie sich die Gmein Gottes wiederumb hatt angefangen und vermeert ist worden /Anabapt./

Chart., in 16^o, fol. 442, col. 1, teg. cor., s. XVII.

Beck Pag. XXIII. sequ. Wolkan: Die Hutterer. Wien, 1918; Idem: Geschicht-Buch der Hutterischen Brüder. Wien, 1923.

De immigratione anabaptistarum = "fekete németek" in Transilvaniam a. 1622 consecuta cf. Kóvári: Erdély történelme IV. Kolozsvár, 1863. Pag. 283.

Cs. G₅ VI. 1, Vesz. 149, B. 154, R. II. 122.

282. OPERA HISTORICA

Chart., in 8^o, fol. 193, col. 1, teg. chart., a. 1762.

- a/ Johannes Tsétsi /Csécsi/; Historia Transsylvaniae
 /Descripta a Samuele e Com. Wass/
 Ed.MHH.Script.T.27.Pag.256-396.
- b/ Andreas Huszti: Erdélyországnak rövid históriája
 /Descripta a Samuele Wass/
 Ed.Dienes,Wien,1791.
 Cs.G₅V.17,B.628,R.II.123.

283. EXCERPTA DIPLOMATICA HISTORIAM ECCLESIASTICAM REGNI HUNGARIAE
 CONCERNENTIA

Chart., 280x200 mm, fol.335, col.1, teg.membr., s.XVIII.
 Cs.F₅VI.6, B.200, R.II.124.

284. OPERA LITURGICA

Chart.-membr., in 4^o, fol.267, col.1, teg.cor.-chart., s.XV.f.

a/ Sermones

Fol.26^v Expl. Et sic est finis huius operis sequitur aliud

b/ Laudes de sanctis

Fol.27^r Inc.

Fol.36^r Expl.

c/ Breviarium in usum eccl. Hung.

Fol.36^v Inc. Januarius habet XXXI dies

Nomina mensium et Latine et Germanice scripta sunt.

Sancti Hungariae rubro colore distinguuntur.

Fol.2^r Iste liber presentetur domino Martino Huter et iuxta
 commissionem domini Johannis Pestii debet 1 florenum dare pau-
 peribus leprosis in hospitali /sc. in Lőcse/

Quoad nomina Germanica mensium cf. Bartoniek: Codices la-
 tini medii aevi. Budapest, 1940. Pag.11.n.7; pag.291.n.331.

Cs.F₅V.24, Vesz.54, B.56, Var.261, R.II.125.

285. SERMONES

Membr., 211x162 mm, fol.215, col.1, teg.l.c.o., s.XV.

Cs.G₅IV.15, B.493, Var.260, R.II.126.

286. S. RAYMUNDUS DE PEÑAFORT OP.: SUMMA DE POENITENTIA ET MATRIMO-
 NIO

Membr., in 4^o, fol.145, col.1, teg.chart., s.XIV.f.

Ed. Roma, 1603. Schulte II. Pag. 410-13. Kuttner: Repertorium Pag. 443-45.

Fol. 1^r *arma ut in n. 9.*

Cs. K₅ V. 21, B. 539, Var. 51, R. II. 127.

287. LECTIONALE

Membr., 243x172 mm, fol. 229, col. 1, teg. l. c. o., s. XI. Illumin.

Fol. 1^r Inc. In vigilia Natiuitatis Domini. Lectio Esaye Prophete.

Fol. 229^v Expl. ac sanabit eos. In die illa erit.

Codex erat quondam proprius Abbatiae S. Martini in Valle Lawant.

Cs. F₅ V. 9, B. 318, Var. 4, R. II. 128.

288. JOHANNES CONTRACTUS /KORTZ/ OM.: SERMONES DE TEMPORE ET DE SANCTIS

Membr., in 4^o, fol. 218, col. 1, teg. l. c. o., s. XIV-XV.

Codex erat proprius Abbatiae S. Martini in Valle Lawant.

Ed. Coloniae, c. 1484.

Cs. F₅ V. 8, B. 490, Var. 99, R. II. 129.

289. AELFRICUS OSB.: HISTORIA V. T. IN VERSUS REDACTA

Membr., in 4^o, fol. 30, col. 2, teg. l. c. o., s. XIII. f.

Fol. 1^r Ex oblatione Pauli Gyergyai est scholae Unitariorum Claudiopolitanae. A. 1729.

Cs. N₅ V. 20, B. 417, Var. 16, R. II. 130.

290. URBANUS P. VIII.: BULLA DE ELECTIONE PONTIFICIS. EPISTOLAE DIVERSORUM LATINAE ET ITALICAE.

Chart., 268x187 mm, fol. 110, col. 1, teg. membr., s. XVIII.

Fol. 1^r Inc. S. P. N. Urbanus Divina Providentia Papa VIII. Confirmatio Bullae Gregorii XV. de electione Summi Pontificis.

Fol. 110^v Expl. l'esplicazione di quello staranno aspettando dalla somma prudenza e bontà di Vostra Maestà.

Cocquelines: Bullarum, Privilegiatorum ac Diplomatum Rom.

Pontificum amplissima collectio. Roma, 1739-44.

Cs. F₅ V. 2, B. 629, R. II. 131.

291. ANAGRAPHAE SACRAE LARCIAE.

Chart., 260x194 mm, fol. 208, col. 1, teg. chart., a. 1831.

Fol. 1^r Inc. Proloquium Analectae. Cunctorum sol imperans.

Fol. 185^v Expl. addictissimus in Christo frater Nicolaus Episcopus Transsilvaniae.

R. II. 132.

292. BERNARDUS BALBI PAPIENSIS EP.: SUMMA DECRETALIU

Membr., in 4^o, fol. 88, col. 2, teg. cor., s. XIV. i.

Fol. 1^r Inc. Liber primus in nomine Christi. Amen. Casus decretalium a Bernardo Papiensi episcopo facti.

Fol. 40^v Flavia cepit opus consummavitque Papi

Contulit auxilium de celo summa Sophi a

Corrigat hec dicta nec sit dilectio fict

Ob tres res gestas trina gloria trina potestas

Fol. 41^r Liber secundus de iudicio.

Ed. Laspeyres: Bernardi Papiensis Faventini episcopi. Summa Decretalium. Ratisbonae, 1864. Schulte I. Pag. 180 sequ.

Kuttner: Repertorium Pag. 389-90.

Cs. N₅ V. 9, Vesz. 143, B. 148, Var. 23, R. II. 133.

293. MISSALE IN USUM ECCL. HUNGARICAE

Membr., 236x170 mm, fol. 247, col. 2, teg. c., a. 1377. Illumin.

a/ Fol. 1^v Inc. Missa de beata virgine

Fol. 3^r Mensis Januarii. Prima dies mensis et septima truncat ut ensis

Fol. 5^r Ad octavam Nonarum Maii. 1500 obiit Johannes Hanplebanus sancti Martini hic Po /sonii/.

Fol. 6^v XVIII /Kal. Sept./ Assumcio sancte Mariae v. Obitus sancti Stephani regis.

Fol. 9^r Gloria de beata Maria... Domine Deus, agnus Dei filius patris primogenitus Marie Virginis matris qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram ad Marie gloriam. qui sedes ad dexteram Patris miserere nobis quoniam tu solus sanctus Mariam sanctificas, tu solus Dominus Mariam gubernas, tu solus altissimus Mariam coronas Jesu Christe cum Sancto Spiritu in gloria Dei Patris Amen.

Istum librum fecit scribi dominus
Johannes Emerici custos ecclesie
Posoniensis sub anno domini
M^oCCC^oLXX^oVII^o

b/ Fol.9^v Nota forma juramenti canonicorum posoniensis capituli: Ego N. juro Deo omnipotenti et patrono huius ecclesie S. Martino ad ista sancta Dei evangelia omnia statuta et consuetudines huius ecclesie inviolabiliter observare iurisdictionem honorem et bona ecclesie tam in temporalibus quam in spiritualibus pro posse meo defendere pro cultu divino huius ecclesie fideliter et devote laborare et in quantum valeo augmentare fidelitatem Domino nostro naturali N.inclyto regi Ungarie fideliter omnimode observare, Domino nostro communi Domino N. archiepiscopo Strigoniensi et suo Vicario ac Domino N. preposito huius ecclesie in licitis et honestis obedienciam tenere reverenciam capitulo predictae ecclesie ac senioribus canonicis exhibere secreta consilia et decreta capituli non revelare res mobiles ac immobiles huius ecclesie ac domos vel vineas-si que mihi assignate fuerint-indemitter conservare, alienata destructa bona huius ecclesie pro posse meo restaurare et recuperare sic me Deus adjuvet et patronus huius ecclesie S. Martinus et omnes Sancti Amen.

Item specialiter juro quod duodecim florenos auri hungarici aut valorem eorundem intra annum computando ab ista die receptionis mee in canonicum de primis canonicatus mei fructibus in conservatorio capitulari istius ecclesie deponere volo et solvere cum effectu. Sic me

c/ Fol.11^r In nomine Domini Amen Incipit liber missalis secundum ordinem Strigoniensem. Dominica prima in adventu

Neumata super praefationes et orationem dominicam.

Fol.112^r Panem celestem accipiam et nomen domini invocabo-Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea. Ave in eternum sanctissima caro in perpetuum mihi summa dulcedo.Ecce Jesu benignissime quod concupivi iam teneo. Hic tibi queso iungar in celis.

Hic signet se cum ipso corpore et reverenter sumat et

si quid inde remanserit in patena cum digito reponat in calicem et sic recipiat corpus Domini et dicat: Corpus Domini nostri Jesu Christi conservet animam meam in vitam eternam Amen.

Quando accipit calicem dicat: Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo. Laudans invocabo dominum et ab inimicis meis salvus ero. Ave in eternum celestis potus, mihi ante omnia et super omnia dulcis. Oratio: Sanguis Domini nostri Jesu Christi quem vere confiteor de latere eius profluxisse mundet omnes maculas consciencie mee et sit mihi remissio omnium peccatorum meorum. Hic sumat sanguinem et dicat: Sanguis Domini nostri etc...

Fol. 202^V Assumpcio s. Marie v. Gaudeamus omnes in Domino.

Fol. 203^X Expl. ut qui festa Dei genitricis colimus a malis imminetibus eius intercessionibus liberemur.

Fol. 238^X In nativitate Domini in prima Missa. Grates nunc omnes reddamus domino deo qui sua nativitate nos liberavit de dyabolica potestate.

Hinc oportet ut canamus cum angelis semper gloriam in excelsis

In aurora: Natus ante secula Dei filius invisibilis interminus. Per quem firma machina celi et terre et maris et in his degencium.

Ad Missam: Eya recolamus laudibus piis digna

Huius diei gaudia qua nobis lux oritur gratissima.

Fol. 238^V De sancto Stephano. Hanc concordii famulatu colamus sollempnitatem...

Fol. 239^X De sancto Johanne evangelista. Johannes Jesu Christo multum dilecte...

Fol. 239^F De innocentibus. Laus tibi Xriste patris optimi nate deus omnipotencie...

Fol. 239^X In epyphania domini Festa Xristi omnis christianitas celebret.

Fol. 239^X In conversione sancti apostoli pauli. Dixit Dominus ex Basan convertam.

Fol. 239^F In purificatione sancte Marie. Conentu parili hic te Maria veneratur populus teque piis colit cordibus. Generosi Abrahe tu filia veneranda regia de Davidis stirpe genita. Sanc-

tissima corpore castissima moribusque es omnium pulcherrima virgo virginum. Letare mater et virgo nobilis Gabrielis archangelicoque oraculo credula genuisti clausa filium, in cuius sacratissimo sanguine emundatur universitas perditissimi generis ut promisit Deus Abrahe. Te virga arida Aaron flore speciosa prefiguratur Maria sine viri semine nato verbo viridam. Tu porta iugiter serata quam Ezechielis uox testatur Maria soli Deo peruia esse crederis. Sed Tu tamen matris virtutum dum nobis exemplum cupisti commendare subisti remedium pollutis statutum matribus. Ad templum detulisti tecum mundandum qui tibi integritatis decus deus homo gentus adauxit intacta genitrix. Letare quam scrutator cordis et renum probat habitatu proprio singulariter dignam sanctam mariam. Exulta cui paruus arrisit tunc Maria qui letari omnibus et consistere suo nutu tribuit. Ergo quique colimus festa paruuli Kristi propter nos facti eiusque pie matris Marie. Si non dei possumus tantam exequi tardi humilitatem forma sit nobis eius genitrix.

Laus patri glorie qui suum filium gentibus et populis reuelans Israel nos sociat. Laus eius filio qui suo sanguine nos patri concilians supernis sociavit ciuibus. Laus quoque Sancto spiritui sit per eum /Prosa Notkeri/.

Fol. 239^V In festo sancte Pasche. Laudes Saluatori voce modulemus supplici.

Fol. 240^X Item de eodem. Sequentia. Victime paschali laudes ymolent Kristiani.

Fol. 240^X

De sancto Joseph

Joseph David filius clara stirpe natus,
Jesu Christi Domini Pater nuncupatus:
Desponsatus Virgini mente copulatus,
Utriusque custos est Coelo destinatus.

Tu qui Sponsam gravidam dolens cum videres,
Cogitabas anxius an eam teneres:
Sed Coelestis monitor ne ultra timeres,
In somnis admonuit ut magis gauderes.

Betlehem profectus es censum soluturus,
Cum pregnante Virgine ubi nasciturus
Erat mundi Dominus quique mox facturus,
Ut ipsum infantulum esses amplexurus.

Cum Herodes impius in pueros seviret,
Gabrielis monitu ne ultra dormiret
Retulisti Sponse hec ut tecum veniret
Et accepto paruulo in Egiptum iret.

Hostibus iam defunctis inde recessisti
Eum in Galileam tecum reduxisti,
Et puerum et sponsam sicut didicisti
coelitus et Nazaret humilis vixisti.

Duodecim qui factum Jesulum annorum
Tunc perdidisti tuum lumen oculorum,
Sed inuentum postea medio doctorum
custodisti sedulus Regem Angelorum.

Felix tu quem in ulnis Jesus cum Maria
tenuit iam cubantem dum in agonia:
spiritum cum efflares, ut directa via
Commigrares ad Patres functus via pia.

Has horas canonicas cum attencione
Dixi, oh sancte Joseph, tui racione
Queso sis memor mei in oracione
Ut vivamus simul in coeli regione Amen.

Fol. 240^r

De sancto Adalberto martyre.

Corona sanctitatis et immortalitatis
Ornavit hodie dominus
Martirem suum Adalbertum.

Tersa oculorum lacrima
iustus floret velut palma
Oculorum teraa lacrima
aboletur hoc enigma.

Specularis squama cadet
claret uisus specialis
Ubi deus est omnia
uirtus sanctorum et gloria.

Ubi deus est omnia,
nec distinctus in omnia:
quod est in gloria
omnibus est omnia.

Unum est omnium principium
sacrum socians collegium
unum est dispar premium
pro merito fidelium.

Hujus nos consortes glorie,
ora pater adalberte,
quos in adam perpetue
scis addictos miserie.

Fol.240^r In ascensione domini. Summi triumphum regis prosequamur laude.

Fol.240^v In festo Pentecosten. Sancti spiritus assit nobis gracia.

Fol.240^v Item de sancto spiritu. Veni sancte spiritus et emitte celitus.

Fol.241^r De sancta trinitate. Benedicta semper sancta sit trinitas.

Fol.241^r De corpore Kristi. Lauda Syon Salvatorem lauda ducem.

Fol.241^v De sancto Johanne Baptista. Sancti baptiste Kristi preconis

Fol.241^r De S. Ladislao rege et confessore

Regis regum ciuis aue,
regum gemma ladislae
regni consors glorie:
regem regum es agressus
sis defensor indefessus
et athleta patrie.

Salve salus hungarorum,
rex coheres angelorum
uas celestis gracie,
ab eterno uas electum,
uas insigne, uas effectum
uendicans iusticie.

Hungarorum gens congaude
noua noui regis laude
pulsans tintinnabula
felix aue varadinum
cuius augens fama signum
resonet per secula.

Tibi xriste concors hymnum
canit orbis, qui per lignum
ad te trahis omnia:
scala factus ascensorum
et corona confessorum
tibi laus et gloria. amen.

Fol.241^v

Noue laudis extollamus
regem, cuius exultamus
speciali gloria.

Dulce melos nouum fauum
dulci regem ladizlaum
canimus melodia.

Regis laudi nil discordet
cuius laudem non remordet
celestis symphonia.

Confessorem regem laudent
per quem reges sibi gaudent
uite dari numera.

Quem precamur laudantes singuli
gemma regum tocius seculi
et spes salutifera.

O quam felix quam preclara
varadini fulget ara
tuo claro nomine.

Cuius regens secula
manus sine macula
lauit omni crimine.

Scala gentis vngarorum
per quam scandit ad celorum
kathedram pannonia.

Forma cuius celos tendit
et terrarum comprehendit
quatuor confinia.

Per hunc vigent sacramenta
Et firmatur iam inuenta
fidei religio.

Egros curans sanos fecit
et salutis opem iecit
moysi officio.

Exauditur in hac domo
quicquid orans petit homo
per regis suffragia.

Per quem neque gladium
nec incursus hostium
trepidat vngaria.

Hostis arte plebs arrepta
prece regis est adepta
salutis piacula.

Per quem auctor fidei
cornu stillat olei
posteris per secula.

Per hunc gentes uniuersas
vngarorum iam conuersas
nouimus imperio.

Procul ense parent per se
fere gentes et aduerse
nutu voluptario.

Ex obscuris sui iuris
iubar latens sed iam patens
reserat prodigia.

Hostem cedit victor redit
barbarorum vngarorum
unus fugat milia.

Ipsae suos contemptores
pene facit contentores
morbos illis et languores
infert et demonia.

Sed qui suam sanctitatem
colunt hys fert nouitatem
et ad vite sospitatem
rex reducit omnia.

Regum genus triumphale
vngarorum salus vale:
nunc refulsit iubar tale
regum florens germine.

Regum radix kristiana
lauda laudes fide sana,
laus exultans uox humana
fert in tuo nomine.

Dudum namque desolatam
dominus hungariam
penitusque nulli datam
predicandum per viam,
per hunc sanctum evocavit
ad baptismi gratiam
et cum suis heredavit
dans celorum patriam.

Geyse namque duci sancto
sanctus puer nascitur,
qui diuina matris uentre
gracia perfunditur,
Et stephano premonstante,
qui post cristum passus est,
ast quam nasceretur ante
stephanus uocatus est.

Iste deo se deuouit
ad adolescencia,
nilque lubricum cognouit
ipsius infancia.

Sed cum iuuentutis metas
sanctus primum posuit,
atque iam uirilis etas
in eo inualuit,
ex tunc factus est famosus
eximii laudibus,
in bellis victoriosus
prudens et fortissimus.

Sub mundanis armis dei
miles erat strenuus,
nam in bonis erat ei
affectus precipuus.

Corde deo credens erat,
quod monstrabat opere
omnibus sufficebat
ipse solus munere.
Rex erat et predicator
dupla dans stipendia
unde corpore precepto
gauderet et anima.
In diuinis studiosus
uir fuit operibus
forma quidem speciosus
magis tamen moribus.

Fol.242^v

De sancto Stephano rege

Corde uoce mente pura,
soluens deo laudis tura
ydolorum sprete cura,
letare pannonia.

De supernis illustrata
uerbo uite saciata
crucis Xristi fers iam grata
libens testimonia.

Ergo per quem tibi datur
salus, celum reseratur
uia uite demonstratur
et iter iusticie.

Hunc extollas digna laude
huius festum colens gaude
et gaudenti iam applaude
cantico leticie.

Hic est geysse ducis natus
uisione presignatus:
ante ortum est uocatus
stephanus a stephano.

Credit pater et miratur,
parit mater et letatur,
infans crescens exaltatur,
ut cedrus in lybano.

Nam ut puer adoleuit
mox uirtutum donis creuit
herens dei filio.

Huius carnis tecta uelo
mens intenta semper celo:
ardet tota dei zelo,
instat euangelio.

Per hunc Kristus predicatur,
turba credens baptizatur:
fides Xristi dilatatur
in tota pannonia.

Hic ad instar salomonis
struit templa ditat donis,
ornat gemmis et coronis
cruces et altaria.

Ad docendum hic prelatos
uiros ponit litteratos
iustos fidos et probatos
ad robur fidelium.

Sic talentum sibi datum
deo reddens duplicatum:
ab eterno preparatum
sibi scandit solium.

Ubi Xristo sociatus
Et a Xristo sublimatus
regnat semper coronatus
in superna patria.

Hunc deuote ueneremur
hunc ex corde deprecemur,
ut per ipsum subleuemur
ad celorum atria. Amen.

Fol.243^r In decollatione sancti Johannis baptiste. Psallite
regi nostro.

Fol.243^v

De sancto Emerico duce
Letabundus et canorus
regi regum noster chorus
agat hoc sollempnium.
Et festiuet confessōris
intus voto uoce foris
diem natalicium.

Laus iocunda laus decora
Cum mens munda replet ora
redundat et accio.
Sed in triplo medullata
festo digna deo grata
nostra fiat cancio.

Confessorem sic miremur
ut in eo ueneremur
auctorem magnalium.
Huic potestas tribuatur,
a quo totum gratis datur
illi ministerium.

Emericus stirpe regia
sanctitateque preuia
clarus fuit et inclitus.
Sed illustrat natalia
prestanciore gloria
preclara xristi seruitus.

Uanis prorsus abdicatis
laboribus sanctitatis
totum se supposuit.
Calcat culmen potestatis
et cum visco voluptatis
opum spinas respuit.

Ex nocturnis factis claret
quod nec uanis diem daret
nec marceret ocio.
Ardor sanctus nocte crescit
uero sole nox clarescit
resonat psallencio.

Hic in etate paruula
dat signorum inicum,
quod dei seruis oscula
uertit in uaticinium.
Nam cuique tot oscula
patre uolente tribuit,
quot annorum curricula
carnis fluxum continuit.

Sed soli septenarium
osculorum dinumerat,
quem dignum priuilegio
virginitatis fecerat.

Orans deum dum tractaret,
quo se deo commendaret,
quod querit alloquio.
Locus totus chorruscatur
et celesti reseratur
tocius obsequio.

Castitas inquit preclara
celo digna mihi cara
castitatem offeres.

Nunc celestis puritatis
Sanctus ortus voluptatis
michi florem proferes.

Hic sanctorum angelorum
habet contubernium,
flos decoris et odoris
habens priuilegium.
Sed post mortem sanctum suum
Irisus magis mirificat
cui mirandorum actuum
potenciam multiplacat.

Emericus in uictoria
uere mortem absorbit,
cui signorum frequencia
adduxit mors nec minuit.
In vno simul homine
quatuor signa perpetrat,
solui reum a crimine
precibus suis impetrat.

Mortis delet scripturam
atque lorica diripit,
ferream ligaturam
frangens captiuum eripit.
A culpis atque penis
contractus liberatur,
lorica cum cathenis
et charta dissipatur.

Emerice supplicantibus
adesto suffragator
Et peccatorum nexibus
obstrictis liberator,
In hac ualle miserie
nos respice gementes,
tue consortes glorie
nos effice gaudentes.

Fol.244^r In nativitate sancte Marie. Stirpe Maria regia
Fol.244^r In exaltacione Sancte Crucis.Laudes crucis attollamus.

Fol.244^r De sancto Michaelē. Summi regis archangele Michael

Fol.244^v De omnibus sanctis. Omnes sancti seraphim

Fol.244^v De sancto Martino episcopo /prosa/

Sacerdotem Kristi Martinum cuncta per orbem canat ecclesia pacis katholiŕce.

Atque illius nomen omnis hereticus fugiat pallidus.

Pannonia letetur genitrix talis filii,

Italia exultet alitrix tanti iuvenis.

Et gallie trina diuisio sacro certet litigio cuius esse debeat presul.

Sed pariter habere se patrem omnes gaudeant, turoni soli eius corpus foueant.

Huic francorum atque germanie plebs omnis plaudat,

Quibus uidendum inuexit dominum in sua ueste.

Hic celebris es egipti patribus grechie quoque cunctis sapientibus.

Qui impares se martini meritis senciunt atque eius medicamini.

Nam febres sedat demonesque fugat paralitica membra glutinat.

Et mortuorum sua prece trium reddit corpora uite pristine

Hic ritus sacrilegos destruxit et ad Kristi gloriam dat ignibus ydola.

Hic nudis mysteria brachiis conficiens peditus est celesti lumine:

Hic oculis ac manibus in celum est totis uiribus suspensus terrena cuncta respuit.

Eius ori nunquam Kristus abfuit siue iusticia vel quidquid ad ueram uitam pertinet.

Igitur te cuncti poscimus o martine, ut qui multa mira hic ostendisti,

Eciam de celo gratiam Kristi nobis supplicatu tuo semper infundas.

De sancta Elyzabeth uidua

Gaude Syon quod egressus
a te decor et depressus
tui fulgor speculi.

Reditiua luce redit
o ad alpha quod accedit,
iam in fine seculi.

Poma prima, primitiuos
deus sanctos adhuc uiuos
uidit in cacumine.

Ut extremos addat primis:
quamuis stantes nos in ymis
suo uisit lumine.

Sed pre multis te respexit,
odor tuus hunc allexit,
et sapor et puritas.

Ut de regum ramis nata
iusta uere sis uocata,
tu dei saturitas.

Gaudent astra matutina,
quod in hora uespertina
ortu noui syderis

Celi sinus illustratur,
in quo terre designatur
nouum signum federis.

Uere sydus tu preclarum
quod a sole differt parum
et luna lucidius.

Tu quod sole sis amicta
carne probat hic relictā
luciſ tue radius

O, quam dignis lucēs signis
uasa rapis a malignis
possessa demoniis.

Lepre mundas labe tactos
claudos ponis et attractos
in pedum officiis.

Quod negatum est nature
tu uirtutis agis iure
et potes ex gracia.

Vita functos tu reducis
cecis reddis membra lucis
et membrorum spacia.

Eya mater nos agnosce
et libro uite nos deposce
cum electis inseri.

Ut consortes tue sortis
et a penis et a portis
eruamur inferi.

Assistentes regis laudi
coronator regis laudi
atque seruos sancti regis
post hanc uitam tui gregis
transfer ad palacia.

Cuius laudi vis seruire
nos ac letos conuenire,
fac ad ipsum peruenire
ubi confer et largire
sempiterna gaudia. Amen.

Fol.242^X Petri et Pauli apostolorum. Petre summe Kristi pastor

Fol.242^X In divisione apostolorum. Celi enarrant gloriam Dei Filii uerbi incarnati

Fol.242^V De sancta Maria Magdalena. Laus tibi Kriste qui es.

Fol.242^V De s. Laurencio. Laurenti Dei magni martir.

Fol.242^V In assumptione beate Marie v. Congaudent angelorum chori gloriose.

Fol.242^V De S. Stephano rege et confessore.

Valde felix es dicenda
a cunctis pannonia,
qui tibi non preceptorem
de plebe discipulum
sed regem predicatorem
misit et apostolum.

Nam ut athila sub rege
hungarorum populus,
tyrannidis lata lege
seruiit incredulus
sic sub stephano regnante
vertitur crudelitas,
quo figuras transmutante
formatur credulitas.

Fol.245^X De sancta Katherina. Sanctissime uirginis natiua

Fol.245^X De s. Andrea. Deus in tua uirtute sanctus Andreas gaudet

Fol.245^V De sancto Nycolao. Laude Kristo debita celebremus

Fol.245^V In dedicacione ecclesie. Psallat ecclesia mater

Fol.245^V De apostolis sequencia. Clare sanctorum senatus

Fol.246^X De ewangelistis. Plausu chorus letabundo

Fol.246^X De quolibet sancto. Superne matris gaudia

Fol.246^X De martiribus. O beata beatorum martirum

Fol.246^V De uriginibus. Exultent filie Syon

Fol.246^V In aduentu domini de beata uirgine. Mittit ad uirginem

Fol.247^X De beata uirgine post natiuitatem. Letabundus exultet fidelis

Fol.247^x De beata uirgine post pascha. Uirginis Marie laudes intonent

Fol.247^x Item de domina nostra. Aue preclara maris stella in lucem

Fol.247^x Item de Beata uirgine. Verbum bonum et suaue

Fol.247^v Johannis ante portam latinam. Uerbum Dei Deo natum

Fol.247^v Finitus est iste liber per manus Heinrici dicti Stephani de westfalia plebani in Schukaria cum scriptura illuminata ligatura Anno domini m^occc^oLxxvii Deo gracias

Nota 1. Johannes Emerici canonicus Poseniensis et Jaurinensis collector decimarum papalium +1386.

Nota 2. Saeculo post Henricum elapso folia alius ornabat illuminator.

Nota 3. Henricus Stephani /non Stepht!/ ligavit quidem codicem magna descriptum cura; praesens tamen ligatura coriacea rubri coloris, monogrammate SJ. ornata, non est s.XIV., sed XVIII-1.

Batthyány: Leges II. 178/f/,180/n/,193/e/,195/m/,III.190. B/eke/ A/ntal/: Az erdélymegyei Batthyáni-könyvtár XIV-ik századi misekönyve. Religio 1866.Pag.19-22.Knauz:Kortan.Budapest,1877. Pag.118. Trausch: Schriftsteller-lexikon. Kronstadt I. 1868. Pag.38-40. Karácsonyi: Szent Ferenc rendjének története Magyarországon 1711-ig.II.Budapest,1924. Pag.513.

Quoad formam iuramenti canonicorum Poseniensium v.Knauz: A pozsonyi képtalannak kéziratai. Esztergom,1870.Pag.63.

Dankó: Vetus Hymnarium ecclesiasticum Hungariae. Budapest,1893. Radó: Répertoire hymnologique des manuscrits liturgiques dans les bibliothèques publ. de Hongrie. Budapest,1945.N.69,90,103,123,126,131,140,141,162,176,207,217,225,256,279,370,385,387,390,393,397,402,403,409,410,460,468,473,486,502,543,551,570,572,595,607,635,637,638,657,664,666,668,701,702,711,715,798. Rajeczky: Melodiarium Hungariae medi aevi. Budapest,1956.Pag.75.

Hoffmann, Edith: Henrik csukárdi plébános miniator. Az Orsz. Magyar Szépművészeti Muzem évkönyve 4/1925-27/ Pag.71-91; Eadem: Régi Magyar Bibliofilek. Budapest,1929 Pag.23-25,152-58. Hunyady: A magyar könyvkötés művészete a mohácsi vészig. Budapest,1937.Pag.5,56.

Cs.N₅V.6, B.377, Kalauz 8, Var.67, R.II.134.

294. MATRICULA PLEBANIAE CIBINIENSIS

Membr.-chart. 232x160 mm, fol. 41, col. 1, teg. chart. durae, a. 1357-1630.

Fol. custos

α α'

MATRICULA
PLEBANIAE CIBINI-
ENSIS

quae post errores
nimium diuturnos, pristi-
nis tandem manibus ocu-
lis vsibus est restituta

CHRISTIANO ROTH
Cibiniensi

PLEBANO ET DECANO
EXISTENTE

Anno Dni CIOCCCLIIII
Mense Januario.

Eheu! quam pingui macer est mihi taurus in arvo.

Fol. 1^r Nota quod antyqua chörneryn fecit per testamentum XXVI florenos plebano de myldenberch

Fol. 2^r furgnos sind swertzel Henel obent. der Jacob der Heinczmännin sun an dem andern end. Item an dem Mittelberg sint IIIj ertrag fuer den hadorn oben doran ist furgenos Michahel sager

Fol. 10^v Item anno eiusdem 1542 tremendum advenit miraculum quod longis temporibus haud auditum est. In mense Augusti venerunt tanta multitudo locustarum ut solem videre non poterant ubi volabant, nam ego ipse interfui quod puerum meum non poteram videre longitudine hastae unius in copia locustarum et ubi inter fruges venerant omnia demoliebantur.

Fol. 11^r Item anno domini 1544 tanta multitudo locustarum venerat in Transsilvaniam cuius numerus haud unquam visus est et feria secunda ante Stephani regis volabant supra Cibinium et prae multitudine non poteramus videre solem et praesagebatur nobis in futuro pericula emergi 18 die Augusti.

Fol. 5^r Omnia que pertinent ad ecclesiam Beate Virginis.
Item numero VIII missalia octavum habet plebanus
Item duo matutinalia

Item IIIj^{or} spalteria /!/
Item duo antiphonaria

Item duo gradualia

Item unum leccionale

Item tres agende, una est apud leprosos.

Item tres agende, una est apud leprosos.

/Inventarium circa annos 1360-76 conscriptum/.

Fol.41^v Nota quot libros prepositi:

Primo decanus habet unum passionale.

Plebanus de Burgberg habet summam Reimundi et

Peregrinum de tempore et librum super Matheum.

Dominus Leo hunc /!/
habet speculum

Dominus Affrica habet summam de sententia excommunicacionis maioris et minoris.

Plebanus de Insula habet Recharidi

Item habet Peregrinum de sanctis dominus Nicolaus Muratoris.

Et habet super Apocalypsim Helta librum.. qui in caput /!/
convocatur: Adivi villam.

Buteda habet librum qui incipit: Cum appropinquasset etcetera.

Item dominus symon habet decretales domini decani ecclesie sancte marie assignatas

/Inventarium non post multos conscriptum annos/.

Nota libros domini prepositi /ab eadem conscriptum manu/

Primo quem habet dominus Africha decretum

Item speculum

Item decretales habet plebanus cybyniensis

Item sextus decretalium

Item summam de symonia

Item summam confessionum et unum passionale

Item unus liber de sententia excommunicacionis maioris et minoris

Item liber super Apocalypsyn

Item liber super Matheum

Item liber super proverbia, habet Peregrinum de sanctis

Item sermones de tempore

Item XII parvi libelli et alique carte parve.

Item scolastica hystoria que dicitur esse dominorum de

sede cybiniensi.

Fol.41^V Nota quot sunt liberi // pertinentes ad curiam in cy-
binio.

Primus est Passionale.

Postilla.

Due partes postillarum Milicii de

Due partes de sermonibus Milicii.

Duo Jacobini de tempore et de sanctis

Item vna biblia

Item summa nicolai.

Item vna scolastica hystoria.

Item est vnus liber papire de tempore et modicum de
sanctis

Item spalterium // cum glossa et est finis.

In margine ab altera manu: Nota quod Summam confessionum
habet Abbas in Candelis quam concessit sibi plebanus Nycolaus
anno CCCCj^o

Fol.13^r Nota. Anno domini MCCCCXXX^o secundo invente sunt res
ecclesie parochiali Beate Virginis civitatis Cibiniensis una
cum debitis suis post obitum providi viri Johannis Henlini
condam vitrici ecclesie supradicteque res consignate sunt ad
manus providi viri Luce Trudumberch electo ac constituto vi-
trico novo in futurum et infra scripta sunt.

Fol.17^r Nota; isti sunt libri que // pertinent ad librariam
in laterio

Item summa Pisani in papiro.

Item Cancellarius Pharisienensis super quartum sentenciarum
pergameno

Item mamotrectus super bibliam in papiro.

Item Matheus glossatus in pergameno.

Fol.17^v Item Lucas glossatus in pergameno.

Item quadragesimale in pergameno.

Item concordancie biblie in pergameno.

Item dicta magistri Nicolay Dinkeline // super quartum sen-
tenciarum

Item concordancia biblie.

Item Ysaias et Geremias glosati

Item Esehial et Daniel glosati

Item expositio Niculay de Lyra super Ezechielem.
 Item Barckwardus in duobus fluominibus
 Item moralia Gregory
 Item Thomas de Acquino super primum et secundum sentenciarum
 Item Petrus Aureolus
 Item Damascenus
 Item due partes Milicie /!/ de tempore et sanctis
 Item psalterium glossatum.
 Item Bernardus.
 Item questiones de cognicione angelorum.
 Item libri ethicorum.
 Item Bernhardus ad Augenum papam.
 Item Jacobus Voragine cum collectis.
 Item omilie Gregorii super Ezechielem
 Item sermones de tempore
 Item Climacus de mistica scala.
 Item martirologium.
 Item tractatus contra hereticos et plura alia.
 Item dewteronomius (?) super cantica.
 Item liber sancti Augustini secundum Rupertum
 Item questiones theologice de quolibet
 Item flores penitencie
 Item liber contra manicheos.
 Fol. 18^r Item liber expositio super libros ethicorum
 Item liber de victuria verbi dei.
 Item lecciones beate Virgine /!/ per annum
 Item una summa Pisani
 Item tripartita hystoria.
 Item Rupertus de victuria verbi Dei.
 Item questiones super primum sentenciarum.
 Item una magna biblia aput /!/ predicatorem in nigro coperto-
 rio.
 Item sermones ad clerum.
 Item sermones in pergameno
 Item liber mixtus in pergameno de quolibet.
 Item pastoralia et libellus Gregorii de penitencia.
 Item questiones aliqye Richardi
 Item decem et septem libri moralium super Job in uno fluomine.

Item Thomas de Aquino contra gentiles.
 Item summa virtutum
 Item secunda pars Milicie /!/ de tempore.
 Item prima pars Milicie /!/ de tempore.
 Item rationale.
 Item prologus contra Viclefh
 Item hystoria Troiana et textus moralium Aristotelis.
 Item tabule omnium librorum moralium.
 Item tractatus magis ri Rolandi.
 Item Vergilius.
 Item duo antiqua fluomina.
 Item concordancia evangelistarum.
 Item biblia abbreviata.
 Item Gwilhelmus de fide et legibus.

Nota quod libri infrascripti habentur in doca apud dominum plebanum.

Item duo passionalia unum in pergamento et unum in papiro.
 Item questiones sentenciarum ediciones Egidy de Roma in pergamento.
 Item glosa ordinaria super epistolas Pauli.
 Item Sulcos super quarto libros /!/ sentenciarum.
 Item super epistolas Pauli et ewangelia pergamanicus.
 Item speculum ecclesie.
 Item XVI libri moralium Gregorii in pergamento
 Item Innocencius tercius de penitencia
 Item Niculaus de Lira super quatuor evangelistas
 Item textus sentenciarum in pergamento
 Item glossatum psalterium in pergamento
 Item glosa super pater noster magistri Nicolay Dinckelplwel
 Item liber Bertandi /!/ super epistolas quadragesimales
 Item Jacobus super ewangelia quadragesimalia
 Item Thomas de Aquino super tercium sentenciarum
 Item super epistolas et ewangelia per annum
 Item Petrandus /!/ de sanctis
 Item Bertrandus super epistolas et gesta /?/ nociones /?/
 Item Bertrandus super ewangelia
 Item una biblia rubra
 Item registrum biblie

Item Papias
 Item parvus liber de quatuor virtutibus cardinalibus
 Item scolastica hystoria
 Item Petrus de Tharentasia super quartum sentenciarum
 Item Crisostomus super Matheum
 Item postilla Thome de Aquino super ewangelia
 Item liber super cantica canticorum cum prologo et quadripar-
 titum.
 Item sermones per circulum annum /!/
 Item tractatus de vita activa
 Item summa collacionum fratris Johannis
